

30

Ioannes russus foroliuensis Archiepūs Cōsentī
in: legat⁹ apo. ad lectorē de orbe nouo.

Accip̄e non noti præclara uolumina mundi
Oceanī: & magnas noscito lector opes.
Plurīma debetur typhis tibi gratia: gentes
Ignatas: & aues qui uehis orbe nouo.
Magna quoq; autori referenda est gratia nostro:
Qui facit hæc cunctis regnā uidenda locis.

Autor.

Siste pedem lector: breuisbus compacta libellis
Hæc lege: principib⁹ uariis decimoc⁹ leoni
Pontifici summo inscripta. hic noua multa nidebis.
Oceanī magnas terras: uasta æquora: linguas
Haec tenus ignatas: atq; aurea sacula nosces:
Et gentes nudas expertes settiniis atrī:
Mortiferi nummi: gemmisq; auroq; feracem
Torrentem zonam: parcat ueneranda uetus.

De orbe nouo Decades

CLARISSIMO PRINCIPI CA
ROLO REGI CATHOLICO.



ERVA VIT DIVINA PROVIDENTIA: EX QVO FABRI
care uniuersum constituit: immensae vastitatis occidentalis oceanū
agnitionē ad nostra usq; tempora: in quib; tibi potentissime rex
maternorū aurū felicibus auspiciis patefacta est. Eadem nescio
quo urgente fato: ex natali patria mediolano: mox ex urbe roma:
ubi fere decenniū egerā: ad hispaniam me uidetur ipulisse: ut hæc
ego miranda nouaq; particulatim colligerē: que forte alias in no-
races fauces obliuīōis demersa latuissent: historicis hispanis ege-
gis quippe uiris de generalib; tantū harti rerū inuentis curā ha-
bentibus. Non tñ soli mihi huius sumpti laboris gratia: uēdicare intēdo. Ascanio vīceco
miti cardinali uicecancelario prima debetur: qui me discedere iam uolentem ex urbe ut
granatensi bello interesset: dissuasit aduentū primo: mox uidēs id mihi aīo fixū sedere
hortat: est: imo & rogans iperauit: ut quæcūq; in hispania emergerēt ad eū cōsc̄ribetem
In hispaniā cōcessi expeditiōis ei⁹ uisenda studio: q; in hostes nře fidei sumpta esset: nil
q; mihi iuueni & rerū nouarū cupido præberet italia: unde īgeniū paſcerē ob eius prin-
cipes discordes: bello iterfui. Per epistles diarias q; gerebatur a me ascani⁹ cardinalis ha-
bebat. Fortuna ei⁹ ex altrice mutata in ouercā cessi a scribēdo Purgata stratis hostib; hispa-
nia mauroq; malo gracie extirpato: ne labētes ånos oīo iudecēti cōtererē: iitaliā regredi
meditabat. Ambori regis & reginæ catholicoū vita fūctorū singularis erga me benigni-
tas & siml'aplā pollicita: post reditū p̄cipue a legatōe mea babylōica me detinuerit. Fixisse
tñ pedē haudq; p̄cnenit: tū quia nullib; terrarū hoc tpe xq; p̄claras res fieri videbā: tū et
q; ex xp̄ianorū p̄cipū dissidib; ruere oīa i p̄ceps: depopulari agros i vniuerſa fere italia:
& hūano sanguine ip̄inguari: atq; vrbes hostiūlter diripi. vīrgines nuptasq; cū bonis pa-
triis in predā trahi. Miseros innocētos viros ac genitores intra p̄prios lares inermes etiā
& gratuito crudeliter trucidari: q̄rulis clamorib; nō audiebā mō sed pene sentiebā. Neg-
em affiniū & propinquitū meorū sanguis ab ea fera seutia imunis enasit. Dū sic mora-
ter: cardinalis aragoni⁹ foederici regis patrui sui noīe seq̄ntes primāe decadis octo libellos
epistles uisis duob; ascanianis a me exegit. Vacuū om̄i cura dcmū de reb; occaneissa
postolici infūci viri celeberrimi nři sumi p̄tificis leonis decimū noīe: cui⁹ felicī cōsilio &
autoritate speram: ærūnōs tot calamitatib; italiā aliqñ finē ipositurā: me dormītē ex
citarūt. Ad suā sc̄fitate breuib; epistles libellis cōpactas duas decades addidī primā: q;
me icōsulito prælls fuit ip̄ressorū exposita: uti p̄ seq̄ntē p̄fationē cōstabit. Nūc ad te venio
serenissime rex: a quo parūper vagat: sū. Qđ vniuerſa tibi aut materni subdiderit hispa-
niā angulo excepto: qđ pulchrā tibi cū feraci⁹ nři maris insulis parthenopē reliquerint
magnum quidem: & ea nos per annales annotauimus. Sed pace maiorum dictum velim.
quidquid ab initio mūdi gestum scriptumq; reperio: meo iudicio parū est: si penitusauerit
mus q; tibi rex potētissime nouas terras: q̄noua maria: q̄ varias natīōes & līnguas: q̄les au-
rifodinas: q̄ margaritarū viuaria: puētib; alīlis om̄issis: tibi pararūt. Que: q̄lia: q̄taq; sint
tres nře decades hæ patefaciēt. Veni ergo ueni rex electe a supis ad nōdū ab hoīb; intelle-
ctū rerū aliqđ culmē: ueni & p̄p̄era. Aequinoctiale tibi circulū latētē hac tenet: & furētē at-
q; ardore solis adustā antiquorū opīnione zonā paucis exceptis: tibi parat habem⁹: po-
pulis refertissimā: amoenā: uberē: fortunatissimā. Auro & cādētib; margaritis coronatas
mille iſulas: & vno putato cōtinēti tres europas offerem⁹. Veni nouū orbē āplexur⁹: nec
tui nō desiderio vlt̄ri⁹ macerato. Hinc h̄c tenelle rex clarissime iſtrumēta qb; tot⁹ tibi
pareat orbis: cōparabūtur. Valeat felicitas tua Ma. cui⁹ gustu si sapidas fore culturæ nře
satīōes itellexerim⁹ vberiorē idies illarū copiā plenis canistris offerem⁹. Quis sim libello
tū idices aperiēt. Ex mantua carpetana vulgo Madrid. pridiē Kl. octo. 1516.

Cardinalis
natus.

Calamita
testimonia

que spes de
p̄tifice

AELII ANTONII NEBRISSENSIS EX GRAMMATI
co & rhetore Historici regii in Protonotarii . P. Martyris
angli Mediolanensis regii consillarii opera Prefatio .



VID NAM ESSE CAVSAE DICAM CANDIDE LECTOR: quod cum tot librorum volumina ab hominibus sacerdotiis nostri edantur inuulgus: scribantq; in doctis poemata paſſim: cur illi qui digni sunt: vt inter ora & manus hominū versentur: lateat in media noctis caligine blatti tineisq; obnoxii: atq; e diuerso cōplura opera male nata musisq; & apolline nullo ſcripta legātur. laudetur. atq; per Scholas .per porticus. per vias circūferantur? An quod fortuna quæ vt aliis in rebus humanis: ita & in hac dominatur: a moribus suis nō recedit: quippe quæ illuſtria premit: & obſcura in ſublime tollit. An quod liber vīcturus vt ait poeta: debet habere genitum: qui illū ab obliuiois iniuria interitusq; defendat: qui apud delicatos lectors illū cōmendabilē faciat: qui gratiā nouitatis illi ſemper inducat: qui deniq; ad ipsius leſtione non tam allicit: quā impellat: non tam horretur q̄ cogat. Hinc prouenire putandum est: vt p̄eclarissimorū ſcriptorum opera intercederint: contra vero ineftissimi cuiusq; autoris libri legātur. amēturq;. Hæc ſunt a me lector amice idcirco tam lōge repetita: vt oſtenderē nō multū abfuiſſe: quin martyris mei quedā opera multo ſtudio multaq; diligenter elaborata interirēt: niſi tēdillani comitis puidentia obſtitifſet. Nam cū eo ſit ingenio martyr: vt facile in quoctūq; ſcribēdi genere poſſit egregium aliquid cōcinnare: non multū curat labore parta inuulgus edere. ſiue quod gloriā ſuā neglit: ſiue q; nō putat nos eſſe dignos: quibus tantū munus cōmunicetur. Comes nāq; tēdillanus cū multa efflagitatione ac propemodū cōūicio cotidiano extortifſet quedā eius opera: quæ adhuc latebat: fortasseq; æternū latuiffent: intelligēs eſſe et cō publica atq; cōmuni omnīū vtilitate illa inuulgari: mihi hāc opera cōdixit: vt emenda redactaq; in ordinē per impressores in numerosos codices propagandā curarē. Id quod libētissime fuſcepit: tum vt vīri optime de hispana rep. meriti iuſſis obſpera rem: tum vt martyris mei opuscula ſucundissima lectu necessaria cognitu atq; ad noſtrū litterarū vſus maximē conducibilia noſtris hominībus legēda traderē. Et quæ propter exēpliarū raritatē internacioni fuerāt obnoxia: nolui ſi tam ancipite fortunam doctissimi atq; omni æternitate dignissimi vīri cōmitti. quare emēdata ſibiq; ipſi reſtituta impressorum typis excludenda tradidi: vt per numerosas chartas p̄tropagata ſint diuturniora q̄ abolere poſſit vetusſtas. Dedi hoc verſibus quos ille in meā laudē cōpoſitos edidit. Dedi amicicā noſtre multis vltro citroq; officiis cōfirmatæ. Dedi publica vtilitatē: quæ ex iſtorum operū lectione proueniet. Prīma fronte trī de cades de rebus oceanicis & orbe noſto reperies. Secundam ſibi ſedem babylonica legatio obtinebit. Ea tribus conſtat libellis epistolariibus: quorum prīmus quid Petro martyri proficſcenti legato ad ſoldanū babylonicum acciderit in itinere ex urbe grauita uenetias uſq; cōfiniebit. multaq; de uenetorum iſtitutis & urbe ipsa lectu ſapida. Secundus nauigationē ipſius a uenetis in alexandriam ægypti. Tertius quid apud ſoldanum orator egerit: quæ memoratu digna uiderit. de ſoldani ac mamalucorum origine uita & moribus multisq; cuiq; ingenio celeberrimis ſcindifſimus index erit.

OCEANEÆ DECADIS.
P.MARTYRIS ANGLI MEDIOL.CONSILIARII REGII
prot.Apl.oceanæ decadis liber primus ad Ascaniū sfortiā uice
mitem cardinalēm uice cancellariū.



OLEBAT GRATA VETVSTAS PRO DIIS HABERE uiros: quorū industria & animi magnitudine ignote majoribus eorum terre panderentur. Nobis autem qui deum habemus unicū sub triplici persona quem colamus: restat ut huicmodi genus hominū si non coluerimus: admisremur tamen. Reges uero obseruerius quorum ductu & auspiciis datum est illis cogitata perficere: utrosq; etiam extolamus & pro uiribus illustremus iure merito. Quare de insulis maris occidui nuper repertis & rei autoribus quid refetur habeto. Hoc si quidem tuis litteris uehementer te cuper uideris: ab ipsius ergo initio ne sim cuiq; iniurius exordiri est animus. Christophrus Colonus quidam Lygur uir fernādo & Helisabethæ Regib; catholícis proposuit & suauit se ab occidente nostro finitimas insides insulas inuenēturum: si nauigis et rebus ad navigationem attinentibus instruerent: a quibus augeri christiana religio: margaritarum aromatum atq; aurí inopinata copia haberi facile posset. Instanti ex regio fisco destinata sunt tria nauigia: unum onerarium caucatum. alia duo mercatoria leua sine caneis: que ab hispanis carauele uocatur His habitis ab hispanis littori b; círciter Kl. septembri anni secundi & nonagesimi supra quadrungentesimum & millesimum a nostra salute iter institutum cum uiris hispanis círciter ccxx. colonus coepit. A gadibus in alto oceano fortunata vt multi putant: insule que ab hispanis canarie nuncupantur iam pridem reperitae distant millia passuum mille & ducenta secundum corum rationem. Dicunt enim distare tercentum lequas: singulas autem lequas navigationis periti quattuor millia passuum continere suis computationibus aūunt. Fortunatas insulas ob coeli temperiem appellauit antiquitas. Neq; enim grauis urget incolas hyems: neq; atrox aestas. Sunt tamē qui eas uelint esse fortunatas: quas capit is uiridis insulas portugales appellant Canarias: ad hæc usq; tempora hominibus nudis eo q; extra omne clima europe ad meridiē: & si ne illa religione degentibus habitata: colonus aquandi & reficiendarum nauium gratia priusq; se tam duro labore crederet: adiuvit. Nō insulae futurum arbitror quandoquidem in canarias incidimus: si ex ignotis quomodo notæ: si ex incultis quomodo cultæ sint effectæ: narrauerimus. Lōga namq; annorum currícula incognitas iam obliuioni tradiderant. Hæc insulae septem canarie dicitæ: anno círciter Millesimo. cccc. v. a gallo nomine betanchor ex concessione regine caterinæ regis Ioannis filii sui dum infans esset tutrice reporte forte fortuna fuerunt. Pedem ibi fixit per aliquot annos betanchor. Dualq; ex illis occupauit ac redegit in cultum lancelotum & fortè uenturā. eo mortuo heres eius hispanis uiris precio insulam utranq; præbuit. Fernandus de hinc peraria & uxor eius ferream & gomeram inuaserunt. nostris temporib; tres reliquias Canariam magiam. s. Petri de uera nobilis xerifci clavis & michael de moxica. Palmam autem ac tenerisen Alphonus lugo sed impensa regia. Gomeria deinde ac ferrea non cū magno labore subditæ sunt. Sed Alphonsus lugo duriuscule rem perfecit. gens enim illa nuda. siluestris faxis & fustibus bella gerens: semel eius exercitum fugauit: trucidauitq; círciter quadrungentos: tandem eos deuicit. Ita canarie omnes ad castellanā additæ sunt potentiam. Ab his igitur insulis colonus occidentem solem semper secutus licet in leuam paulisper tres & tringinta continuos dies cælo tantum & aqua contentus nauigauit. Hispani comites murmurare primum secreto ceperunt: apertis mox conuictis urgere. Deperimento cogitare demū uel in mare proſicendo consulebatur. Se deceptos fuisse ab hoīe lygere. in præcepstris hi qua nunq; redire licebit. Post trigesimum iam diem furore perciti proclamabat ut re-

*Ex canariis
iter capite.*

LIBER SECUNDVS.

ducerentur: ne ulterius procederet stimulabant hominem: ipse uero blandis modo uerbis. Ampla spe modo: diem ex die protrahēs iratos in uilebat depauperabat. Proditio quoque taxandos esse a regibus: si aduersi quicquam hī cum molirentur; si parere recusarent prædicabat. Optatum tandem terra prospectū lati suscipiunt. Patefecit nauigatione hac prima sex tantum insulas: atque ex iis duas inaudite magnitudinis: quarum alteram hispaniolam: ioannam alteram vocavit: sed ioannam esse insulam non pro certo habuit. }
 Ilarum quarundam littora cum abraderent cantantem inter condensa nemora philomenam mense nouembri audierunt. Dulcium aquarum ingentia flumina: nativos portus magniarum classium capaces admiserunt. Ioannae littora lambēs ad occidentem a septentrione recto latere non multo minus octoginta millibus passuum percurrit. Aiuut enim ceterum & octoginta lequas continentem arbitratus: quod nec terminus neque termini ullius sicutum in insula quantum oculis prospectus inserviebat: appareret: retrocedere instituit. redire etiam illum pelagi tumores coegerunt: nam ioannae littora per uariōs in flexus tam iam ad septentrionem se uertebant & curuabantur: quod boreales flatu naves acris insisterent: quoniam hyems uigebat. Ad orientem igitur proras uertens ophyram insulam fese reperiisse refert: sed cosmographorum tractu diligenter considerato antilixae insulæ sunt illæ & adiacentes aliae. hanc hispaniolam appellauit. in cuius septentrionali latere tentare locorum naturam cupiens terræ appropinquabat: cum in planam quandam & cæcam rupem aquis cooperatam carina grandioris nauis incidentis aperitur: & perstat. saxi latentis planicies fuit illis ne submergerentur adiumento: cum reliquis igitur duabus properantes uiros omnes incolumes educunt. Ibi primum ad terram egressi homines indigenas uiderunt: qui uenientem inauditam gentem conspicati facto agmine in condensa nemo era omnes ueluti a canibus gallicis timidi lepores fese fugientes recipiunt. Nostri multitudinem insecuri mulierem tantum capiunt: hanc cum ad naues perduxissent nostris cibis & uino bene saturatam atque ornatam uestibus: nam ea gæs omnis utriusque sexus nuda pennis uitam dicit natura contenta solutam reliquerunt. Quom primum ad suos numeri erocoessit: sciebat enim illa quod fugientes diuerterent: ostendissetque mirum esse nostrum ornatum & liberalitatem: omnes ad littora certatim concurrunt: gentem esse missam ecclœ autem. Aurum cuius erat apud illos aliqua copia ad naues natando portant: per frusto aut paropsidis fistulis aut uitrei crateris aurum commutabant. Si ligulam: si tintinnabulum: si speculi fragmentum: si quicquam aliud simile nostri impariebantur: tantum aurum quantum petere libebat: aut unusquisque eorum assequebatur: exhibebant. Cum iam res ipsa ad familiare commercium deuenisset: & gentium mores nostri perquirerent: Reges habere gentem illam per signa & conjecturas cognoverunt. E nauibus descendentes nos tanta re & reliquis idigenis honorifice recipiuntur. Nostris oib[us] quibus poterat & sciebat ritu flebentibus: itidem illi faciebat. Crucem quoctunc mox christianos colere consiperat adorabat. Ex nauis quam saxonissam diximus: nostros homines & quicquid in ea uehebatur: ita leriter atque animo leto gens illa in terram suis lintribus quas Canoas vocant: eduxerunt quod affines affinibus apud nos nulli maiore misericordia tacti succurrant. Canoas aut illas ex solo cauato acutissimis lapidibus ligno: longas sed angustas construunt: monoxyla propterea esse dicemus. Octoginta remigum capaces plerasque se uidisse multi affirmat. Vt si ferri apud eos nullus inuenitur. propterea quomodo siue domos quas mira arte laboratas siue debant: siue alia quæcunque ad eorum usum pertinenter fabricarent: maxima nostros detinuit admiratio: sed ex fluuialibus quibusdā durissimis lapidibus praecutis oia apud illos diduc certum est. Esse non longe ab illis insulis sicutorū ferorum hominū insulas: qui carnibus humanis uescantur: fama didicere: id esse cause quod ita trepidi aduentantes nostros confugerent: postea retulerunt: Canibales arbitrati: sic triculentos illos siue caribes uocant. Horum obscurorum insulas itinere fere in medio ad has insulas ad meridiē reliquerunt. siue Canibales

De insula
ioanna.

De insula
hispaniolæ

Homines
reperi.

Aude ois
gæs hec.

Aurum ha-
bet.

Hens doc-
iles.

Ferri non
habent.

OCEANÆ DECADSI.

as insulas si mites a canibalibus nō aliter incursionib⁹ crebris uexari perpetuo ad prædā conqueruntur: atq; per nemora uenatores per uim & per insidias feras insectantur: quos pueros capiunt ut nos pūlos galinaceos aut porcos quos ad obsonia uolum⁹ pinguiores & teneriores educare: castrant: grandiores & pingues effectos comedunt. etate autem iā matura cum ad eorū manus perueniūt: peremptos partiuntur. intestina & extrebas mēbro rum partes recentes epulantur membra lale condita: vt nos pernas suillas in tempora seruat. Mulieres comedere apud eos nefas est & obsecrūt. si uero quas assequuntur iuuenes ad sobolem procreādam nō aliter atq; nos galinas. oues. iuuetas. & cetera animalia ciuant & custodiunt. uetulas ad obsequia prestanta pro seruis habent. Insularum quas nostras iam possumus appellare tam uiric⁹ feminæ cum canibales aduentare præsentunt: aliamq; fuga salutē nullā inueniunt. Sagittis arūdineis præacutis licet utantur: ad canibalium tamen vim & furores reprimendos parū prodeſſe comperere. decē enim canibales centū ex aliis facile si cōcurrant: superaturos omnes indigīnæ fatentur. Quid ultraq; gēs præter cœlum atq; eius lumina adoret: non sati exploratum habuerunt. de reliquis insularum morib⁹ breuitas temporis atq; interpretum inopia plura noscere non permisereunt. Radicibus si mites nostris napis & magnitudine & forma sed gustu dulci castaneæ teneræ adhuc similibus ad cibū utuntur. Has ages uocant ipsi. Est & aliud radicis genus: quā iuccam appellant. ex hac & panē conficiunt. Agibus uero magis assis aut elixis utuntur qđ ad uistum conficiendi panis. Iuccam uero leſtam & compressam: succosa namq; est: piñant: & in placenta coquunt. Sed mirū hoc: aconito lethaliore esse aiunt iuccæ succū: q; epotus illīco permitit: panē autem ex eius masla sapidū & salubrē esse omnes experti sunt. Patiem⁹ & ex frumento quodā panico: cuius est apud insubres & granatenenses hispanos maxima copia: non magno discrimine conficiunt. Est huius panicula longior spīta ma in acutum tendens: lacerti fere crassitudine. Grana mīro ordīne a natura confixa. Forma & corpore pīsum legumen & mulantur. Albert acerba: ubi maturuerūt nigerrima efficiuntur: fracta candore niue exuperat: malizū id frumenti genus appellat. & eīt apud eos aurum alicuius estimationis: nam auricularū torulī & naribus perforatis insertum in te nuissimas dīductum laminas ferunt. Cum tamen neq; ad eos cōmcare mercatores: nec ipsos alia littora noscere præter sua nostri dīdicissent: querere ab eis per signa cōceperunt unde sibi id aurum compararent. qđtum signis colligere licuit ex fluminorū arenis ab altis montibus collabentibus id: neq; magno labore leſtum: in pillulas priusq; dīduceretur in laminas astringebant non tamen in ea insulæ parte quā rex ille tenebat: quod postea patuit experimento: nam cum inde iam dīcessissent forte in flumen iuicerunt cuius arenam multo auro mixtam esse cā in terram aquandī & pīscandi gratia exilissent: perpendierunt. Nullum animal quadrupes se uidisse dicunt: præterq; tria genera cuniculorum. Serpentes insule nutriti: sed minime noxios. Anseres silvestres: turtures: anates nostris grandiores & cīgneo candore capite purpureo repertū. Psittacos quorū alii uirtutes erāt alii flavi toto corpore alii similes indicis torquati mīniū uti plinius ait: quadraginta tuleunt: sed coloribus uiuacissimis & letis maximopere. Alas habent uersicolores uiridib⁹ enim & flavi penitus quasdam habēt ceruleas & purpureas mixtas: quæ uarietas parit de leſtationem. Hæc uolū de psittacis illustrissime princeps recitast: quoniam quamvis huius christoforī coloni opīcio magnitudini sphere & opinioni ueterum de subnavigabilis orbe uideatur aduersari: psittaci tamen in de asportati atq; alia multa uel propinquitate: uel natura solum indicū has insulas sapere indicant. Cum præcipue aristoteles circa finē libri de celo & mundo: Seneca & alii non ignari cosmographiæ ab hispania: indica littera per occidentē non longo maris tractu distare attestantur. masticis: aloes: gosampili: atq; aliarum huiuscmodi rerum copiā suapte natura tellus illa producit. ex arboribus ueluti spūd seres uellera colliguntur. grana quedam rugosa diuersorū colorum cauceas o pīpege acutiora: ramalia etiam ex concisis arboribus cinamomi forma: gustu autē & odore

Salsas carnes humas.

Quid eos medant sūlares.

Ex fluvīs aurū legūt.

acrē singuerim & medula & superiore libro imitātia tulerunt. His sicut inuenta nouae
 telluris et inauditi alterius terrarū orbis signis contentus: prospero reditu flantibus ze-
 phyris iam: propter nostrum uer propinquū redire constituens octo & xxx. uiros apud
 ipse reueteretur: inquirerent. Is rex ab incolis dicebatur guaccanā illus: cum quo isto sin-
 gularis amicicē fēdere de uita & salute ac tutela eorum quos ibi relinquebat: quibus po-
 lachrymas effudisse uisus est: atq; omnēm opem pollicit. Sic alter alterū complexi ad hi-
 bus posse omnium illarum insularum līnguam nostris litteris latīnis sine ullo discriminē
 scribi compertum est. Vocat enim cœlum turē. Domum bda. aurū calunī. uirum bonum
 tayno. nūhil maya'nī. Reliqua ue omnia uocabula non minus lique proferūt atq; nos la-
 tina nostra. Hæc habes quæ de prima elus nauigatione memoratu digna existimauerim
 Rex autem & regina quorum omnes cogitatus uel dormientiū in religionis nostræ aug-
 mento sunt siti: sperantes ad xp̄i legem totnationes & simplices gentes facile trahi posse
 iis auditis commouentur. Colonū aduentem honorifice uti pro talibus ausis mereba-
 tur tractat. Sedere illum coram se publice quod est maximū apud reges hispanos amoris
 & gratitudinis supremi obsequiū signum fecerunt. Prefectum marinū uocari deinceps Admiran-
 colonum imperant. Is almirātūs colonus apud hispanos nuncupatur. Fratrem etiā ipsiā te creant.
 Bartholomaeum colonum rei marinæ & ipsum peritum præfecture insulæ hispaniolæ
 titulo ornarunt. Hunc magistratū vulgo adelantatum appellant. Almirantum igitur
 & adelantatum ac nauiglorum præsentia nomina: cætera etiam huiscemodi data opera
 suis aliquando uulgarib; appellabo nominib;: quo apertius intelligar. Nunc ad insi-
 tum redeamus. Ex insulis uti in initio colonus ipse iam præfetus marinus polliceba-
 tur: maxima eorum quæ mortales omnes totis uiribus sequimur cōmoda protūtura cre-
 ditum est. duabus igitur his causis cōmoti sanctissimi hi duo confortes. xvii. ad secundā
 expeditionem nauigia parati iubent. tria oneraria caueata magna. xii. id genus nauium
 quas dicit apud hispanos caruelas scriptissimus sine caueis. Eiusdem generis duas aliquan-
 to grandiores atq; ad sustineendas caueas propter malorum magnitudinem aptas. Huius
 classis parandæ curam Ioanni sonsecæ uiro genere nobili decano hi spalensi ingenio at
 q; animo pollenti tradunt. ultra ducentos & mille armatos pedites illi imperant conduci
 inter quos omnium mechanicarum artium fabros & opifices inumeros stipendio accer-
 siri iubent. equites quosdam cæteris armatis imiscent. ad feetus procreandos equas. oues.
 iuencas. & plura alia cum sui generis masculis. legumina. triticum. hordeum. & reliqua
 iis similia non solum alimenti uerum etiam seminādi gratia prefectus apparat. Vites &
 aliarum nostrarum arborum plantaria quibus terra illa caret: ad eam important. nullas
 enim apud eas insulas notas arbores inuenere prater pinus palmas q; & eas altissimas ac
 mira duricei & proceritatis ac rectitudinis propter soli ubertatem: atq; etiam ignotos
 fructus alias plures procreantes. Terram autem esse terrarū omnium quas ambiant fidet
 ra uberrimam: instrumenta omnia fabrilia academū alia cūcta que ad nouam ciuitatem
 in alienis regionibus condendam faciunt: unicuiq; artifici imperat. Ex fidis regiis clien-
 tibus plures hanc nauigationē & rerum nouarum studio & præfecti auctoritate promo-
 ti sua sponte agressi sunt. Secundis igitur uelis. vii. Kl. Octobris anni. iii. & nonagesi-
 mi supra quadringentesimū & miliesimū a salute nostra a gadibus mouit. Fortunatas in
 Kl. Octobris tetigere ex fortunatis ultima dicitur ab hispanis ferrea. in qua nulla est alia
 potabilis aqua præter q; ex rore de arbore unica in insulæ supremo dorso stillante assi-
 due & in lacunam manufactā cadente. Ab hac insula uela in altū oceanū tertio idus eius
 dēaccepit protendere. Hæc nobis intra paucos dies ab eius discessu renunciata fuerūt quæ
 quid succedet accipies. Vale felix. Ex hispana curia Idus Nouembris. 1493.

15. Operatur
 secunda na-
 uigatio .

Jo. sonseca

a.iii.

OCEANE DECADIS.
P.MAR.ANG.MED.PROT.APOSTO.CONSI.REGII OCE
aneꝝ decadis. Liber Scđs. Ad Asc.sphorciā.uic.Card. uicecācellariū.



EPETIS ILLVSTRISSIME PRINCEPS CYPERE TE QVAE
accidunt in hispania de orbe nouo cognoscere: placuisseq; tibi quæ hac
tenus de prima nauigatione scripserm̄ insinuasti. accipe quæ successe
runt. methymna campi celebre oppidū est in Hispania respectu uestrī
ulteriore: & in ea parte quæ castella uetus dicitur: a gadibus circiter qua
dringenta millia passuum distans. Ibi curia cōmorabatur cum circiter no
no kīl. Aprilis huius anni nonagesimū quarti cursorē ad regem & reginā missi aduen
tasse. xii. ex insulis uauigia retulerūt. Gadesq; p̄spero reditu appulsa esse: sed nihil aliud
se uelle regi & reginæ ductor ipsarū nauium per nuncios significare ostendit: præterq; p̄
ræfectum marinum cum quinq; nauigis & nongentis hominib; uestigandi causa in
hispaniola permāssisse: cætera se corā recitatūt scribit. Pridie igitur nonas Aprilis dux
ipse classis frater nutricis primogeniti regli a p̄ræfecto marino legatus aduenit: ab eo
cæterisq; simul fide dignis hominib; quæ mihi per ordinem interroganti fuerūt enar
rata: ut tibi gratū faciā recensebo: accepi etenim ego quæ dederūt: quæ aut̄ dederūt co
gnoscito. Tertio idū Octobris ex insula ferrea fortunatarū ultima ab hispanis litorib;
disce dētes cum classe nauium septē decimū in altum: unū & uiginti æquos dies: priusq; in
fulam ullam atingerent cōsumplirerūt: ad leuā multo magis q̄ itinere primo aquilonē se
cuti data opera uertere proras: propterea in canibalī siue caribū insulas: de quibus fa
ma tantum apud nostros erat noticia: inciderūt. Insulā arborib; ita consitā: q; neq; ul
nam quidem aut nudi aut lapidei soli: cōspicere licuerit primū uiderunt. Hanc quoniā
die dominico fors obtulerat: dominicā placuit uocari: nulla ibi mora contracta q; deser
tam esse p̄fenserunt progrediuntur. His uno & uiginti diebus octingentas & uiginti
lequas sese arbitratī sunt: percurrisse a deo prosperi illos uenti aquilones appupi seculi
sunt. Post breue spaciū æquoris occurserūt insulē diuersis arborib;: uimine, trūeo, ra
dicibus & foliis: aromaticos & suaves odores emittentibus reserua: neq; homines neq; ul
la se ibi animalia uidisse præterq; inaudite magnitudinis lacertos referunt qui in ter
ram scrutandi gratia descendenter: galanam hanc appellant. ex eius insulē promoto
rio quadam monte a longe uiso: descessere: a triginta millibus passuum ab hoc monte
fluiū descendantem magni fluiū latitudinis signum prospexit: uisi sunt. hanc pri
mam a fortunatis terram habitatā inueniūt. ob scenorum esse canibalīum de quibus fa
ma prius acceperant: nūc experimento & his interpretibus: quos primo itinere ad his
paniā p̄ræfetus duxerat cognoverūt. Insulam peragrātes in numerosed. xx. tantū aut.
xxx. domū singulos uicos inueniunt Ordinem plateæ tuguriis in gyru circa plateā cō
structis seruant. Quando quidē de illorum domib; in sermonem incidimus: haud ab
surdum mihi fore uidebitur: si quales eas esse audiuerim enarrauerō. ligneas omnes &
sphæraliforma fabricatas esse aiunt. Ex arborib; sublīcisq; altissimis terræ affixis circū
ferentiam primū domus construunt. Aliis postmodū ab interiore parte curtis trabib;
appositis quæ exteriōres altas ne labantur: sustineant. Altarum cacumina in tentorū ca
strensis formā coniungunt: ita ut acuta culmina domus illæ omnes habeant. Tegunt
deinde palmarū & quarundam aliarum simillimum arborum foliis cōtextis modo tutissi
mo a pluviā. A trabib; curtis postmodum ad trabes interius deductis funib; gossampi
pinis aut ex quibusdam radicibus sparto similibus contortis lodices ex gossampino
super imponunt. gossampiū namq; nutrit insula suapte natura. sic lectis pensilib; ex ru
di gossipio: quod hispanū uulgas algodonum: italum bombasum appellat: uel stram
nie superinecto utuntur. Atrium habent quod uulgarē aliae domus circueunt: in quod
omnes lusuti cōueniunt. Domos uocant boīos media acuta duas ligneras statuas rudes tñ

Beperit ea
nibales.

Mfris insula

Galana in
insula.

Quales sit
dom⁹ eoth⁹.

Bulgaria
gossampi no
mīna.

singulis anguisib⁹ ipsis in hærentibus eleuat⁹ conspicati simulacra quæ colerent arbitra simulacra
ti sunt: sed ad decorum ibi posita postmodū didicereunt: nam ut supra memorauimus:
nihil adorare præter cœli numen creduntur. quāuis ex gosipio texto larvas: in pictorum
lemurum quos se noctu uide preducant similitudinem conficiant. Sed unde digressi su
mus redeundum est. Aduentare nostros incolæ sentientes domib⁹ derelictis tam uiri q̄
seminæ profugerunt. Ex pueris & mulieribus captiuis quos ex aliis insulis predati fue
rant uel obsequiū uel epularū gratia seruat⁹ ad nostros circiter. xxx. configiūt. Domos
ingressi habere uasa fictilia omnīs generis: fidelias. orcas. cantharos & alia huiuscemodi
a nostris nō multū dissimilata atq; in corum coquiniis elixas cum psittacis & asperinis car
nibus carnes humanas: & fixas uerub⁹ alias affandas cōpercere. Penetralia & domorum
latibula queritando tibiari & brachiorum humanorum ossa accuratissime apud omnes
ad cuspides sagittarum cōficiendas. Seruari cognitum est. ex ossibus enim illasq; ferro ca
reant: fabrefaciunt. cetera ossa ex eis carnibus præficiunt. inuenere etiā caput nuper o
cisi iuuenis trabi appensum sanguine adhuc madidum. quæsitando uero insulam inter
ne septem alia flumina præter id grandius quod esse bat̄ ubi cordubam lambit: nostro
autē tīcīn o latius aīunt descēdere per insulam misra riparum amoenitate inuenērūt: hāc
uocant Guadalupeā insulam a montis guadulapī similitudine: ubi intemerata uirginis
mirabile cōstur simulacrū. caruaueriam incolæ appellant. est caribium primaria habitatio.
Tulerunt ab hac insula septē psittacos phasianis grandiores: qui ab aliis psittacis colo
re longissime absunt: habent enim totū corpus & uentre & tergo purpureum: ex longio
rib⁹ plumis illis ab humeris lena dependet super purpureas breues: modo quo apud no
stros ruricolas sepe numero capones habere ego ipse animaduerti: alarū autē pennas uer
sicolores tenēt: sunt enim earum glauca aliae: aliae purpureæ flavis imixtae. Psittacorū nō
minor est in omnibus insulis copia: q̄ apud nos passerculorum: aut aliarū anium nostra
tum: uti nostri pīcas turdos & alia huiuscemodi ad delicias nutriunt. ita illi quāuis eoru⁹
nemora psittacis plena sunt: psittacos educant: illos tamen deinde comedunt. Mulieres
quas ex captiuis ad nostros cōcessisse supradictū est: munusculis donatas ad canibales ad
ducendos ire per signa præfectus imperat: nec enī ille ubi laterent ignorabant. Hęc apud
uiros illa nocte cōmorata mane sequenti canibalium plurimos spe munerū commotos
adducunt. Hi nostris uisis uel terrore uel scelerum conūcientia permoti: inter se ex otto
murmure alter in alterum oculos flectentes: cuneo facto ex insperato celerrime ut multi
tudo anium concitat⁹ ad nemoras ualles pede referunt. Nostris igitur: qui insulā inqui
rendi gratia aliquot dies pererrauerant in unum collecti⁹ sine ullo canibale fractis eoru⁹
linthrib⁹ uniligneis pridie idus nouēbris ex guadalupea anchoras eleuant. Visendo
rum comitum qui primo itinere in hispaniola uestigandæ telluris gratia superiore anno
relicti fuerant desiderio: præfect⁹ permotus: a dextra leuaq; plures insulas nauigādo co
tidie postergabat. Apparuit a septentrione grandis quedam insula. Et qui prima nauiga
tione in hispaniam uecti fuerant: & qui a canibalibus redēpti: uocari insulā ab incolis ma
danino affirmarunt: quā solē mulieres inhabitant. Ad nostrorum aures primo itinere de
hac insula fama deuenerat: ad eas haud secus canibales certis annī fēporibus concedere
creditum est: atq; ad amazonas lesbicas transfracte thraces retulit antiquitas: & eodem
modo filios ad genitores mittere a blastatos: seminas aut apud se retinere. Has mulieres
subterraneos grandes cuniculos habere aīunt: ad quos si alio q̄ constituto tempore quis
q̄ ad eas proficiscatur configiāt. Vnde si aut per nūm aut per insidias tentare aditum se
quentes audeant sagittis seū tucantur: quas certissimas iacere creditur. Hęc dant: hęc ac
cipito: ad hanc insulam propter boreā ab ea flante non licuit peruenire. Vulturnū enī
iam sequebātur. Inter nauigandum a conspectu madanino ad quadraginta millia passū
um non longe ab alia quam uecti indigenæ populosissimam & rerum omnium uictu ne
cessariarum copia pollente esse aīebant: præter labuntur: q̄ in altis montibus instructa cēt

fugient cas
nibalesmeba hos
minus in ve
rubus.Guadalu
pea.

amazones

OCEANE DECADIS.

montem ferratum illam uocant. Inter cætera quæ ab his quos uehebant: tum uerbis: tum signis colligere inter loquendū potuerunt. Isse canibales plerūq; uenatum uescendorū hominum gratia supra mille millia passuum a suis littoribus didicere. Altero dīc quandā aliam uident: cui q; sphærica esset: sanctæ marie rotundæ nōmen inuidit p̄fēctus: ne moram traherent: aliam iterum sequent ab isto die quam sancti martini nomine placuſ it uocitari pretermisit. In tertium inde diem aliam: cuius diuina latus ab oriente in occidentem centum & quinquaginta millia passuum esse iudicarunt: extrinsecus conspexerunt. Esse has insulas omnes misere pulcritudinis & fertilitatis accipiunt: hanc ultimam beatam uirginem antiquam dixerunt. a qua pluribus aliis relictis ad quadraginta millia passuum ceteris omnibus grandior alia quedam occurrit: quam ay ay ab indigenis uocatam sanctæ crucis nomine appellari uoluerunt: anchoras e proris facere p̄fēctus aquan di gratia in hac imperat. xxx. ibi uiros in terram descendere nauis qua ipse uehebatur fuit. qui loca tētarent: ibi canes inuenere. quattuor in littore. Iuuenes ac foeminae totidem statim potentis: in supplicum modum lacertis: quasi auxilium & a manu gentis nefande libertatem expetentes: obuli nostris efficiuntur: multo meliorem fortem fesci secuturos quæcumq; illa fore existimantes. Canibales autē eodē quo apud quadalupeā modo se fugientes ad filias receperūt. Bidiū ibi cōmorati: & stantibns interea nostris xxx. uiris in insidiis: ecce uenientem a longe canoā & caueis specularibus cōspexere: qua octo uiros totidē fœminis uectari aduentures: dato signo canoā nostrī adoruntur. Appropinquantes nostros uiri simul & mulieres sagittis mira celeritate & crudelib⁹ itib⁹ transfiger eceperūt: ita priusq; se scutis contegere potuerint: unū ex nostris qui cataber erat qdā ex mulierib⁹ peremerit atq; alium illa eadē alia sagitta acri uulnera trāse gerit. Venenatas sagittas medicamentū quodam genere illinitas esse aduerterūt: acie ipsarum circūcisqua qua medicamen: ne discurreret: retineretur. Erat inter eos foemina quædam cui int̄ per conjecturas percipere fas erat cæteri obtemperabant: atq; ueluti reginæ assurgebant. Hanc filius iuuenis toruus: robustus: ferocissimi intuitus leoninæ faciei combatibatur. Nostrī ergo ne grauius malum a longe uulnerati perferrēt multo satius esse manum conserere ducentes: remis agitata nostra nauicula qua uehebantur canoā impletu maximo inuertunt. ea in profundum missa ueq; pigrius nec rarius natando tam uiri q; foeminae spicula in nostros dirigebant. Ad saxum quoddā aqua coopertum recepti strenne dimicantes tandem capiuntur: uno interempto & reginæ filio duobus uulnibus confosso. in p̄fēcti nauim adducti non magis feritatē ac uultus atrocitatem deponebant: q; libici leones cū se in uincula detrusos esse p̄fēsentiant. Hos nullus est qui uidet quin scalpi sibi horore quodam p̄cordia fateatur: adeo atrox tartareusq; est illelis a natura: & imitante insitus prospectus. a me ipso & reliquis qui una mecum plerūq; ad illos intuendos methimane confluxerunt coniectuā facio: ad iter redeo. In dies magis atq; magis procedentes iam ultra quinq; & quingēta millia passuum ad aphricū prius deinde ad fauoniu postea ad argestē protēderant: cum pelagi quandā uastitatem inicit sam insulam in numeris & miris modis inter se differētibus passim cōtextā intrarūt: harū alias nemorosas atq; herbidas & amoena: alias siccas & steriles ac lapidosa: altissimum montū faxeōrum transeundo uidebant. Quarum aliae purpureos in nudis saxis colores: alia uiolaceos: alia candidissimos ostendebant. metallis & gemmis esse conditas non desunt qui existimēt: sed ne illic naues firmaret & obstitit mari in tempestes & frequentiæ insularū metus: ne forte naues maiores saxo aliquo illiderentur. In aliud igitur tempus harum insularū uestigatione dilata: quas ob multitudinē & confusam inter mixtionem numerare non licuit: iter sumū prosequuntur: sextamen & quadraginta inter misi uioribus quibusdam uauigis quibus non magno opus erat fundo intersecuerūt: maforibus nausibus ab alto scopulorū metu iter peragentibus. archipelagus contexturam hanc insularum uocauere. Ab hoc tractu procedentes itinere in medio iacet insula dicta

Sctā maria
ria rotunda.
Sctā maria
tini in insula.

Insula sancte
marie à
tique.
Sctā cru-
cis insula.

Barlorum
colorum
insule.

LIBER SECUNDVS

ab indigenis burcheña, hanc sancti iohannis insulam appellauit: inde se plures ex his q
a cānibāllibus liberati fuerunt oriundos aiebant: populosissimam cultam: portuosa; ne
morosam q̄ esse insulā fatebantur: eiusq̄ incolas summa cū cānibāllibus oīa atq̄ inimí
cicias semper exercuisse. Non habent ipsi nauigia quibus a suis finib⁹ ad littora cānibal
lium possunt transstare: sed si cānibālles eorum terras p̄deē gratia incursionib⁹ infe
stantes profligauerint: ut interdū contingit q̄ bellī cūtientis sint incerti: uices reddunt eas
dem: alterum enim ante oculos alterus fecerat: assant. & rabiōsis dentibus lacerant & uo
rant. Hęc omnia per interprates indigenas vescos in hispania; primo itinere discebant.
Hanc insulam ne morā traherent: pr̄termisere. Attamen in eius ultimo ad occidentem
angulo aquandī solum gratia pauci in terrā descendēt: ubi more gentis eius domū inue
nere magnam & conspicuā: quam vulgares alīe. xii. sed desertæ circuibant. An q̄ pannī
temporib⁹ nunc ad mōtana ratione caloris: nunc ad planicies quando frigescit aer trās
migrant: an cānibālliū timore domos penitus dereliquerint non plane cōstitit. Regē
habet utūcū uniuersa insula: cui imperanti mira parent reverentia. Circiter ducēta mil
lia passuum huīus insule meridionale latus quod abraſerant protendit. In mare noctu
duo mulieres & unus adolescens ex liberatis a cānibāllibus transflentes se ē natando ad
natale solum receperunt. Cū reliquias deinde optatā hispaniolā a prima insula cānibālliū
quīngētās lequas distantem intra paucos dies attingunt: sed infelici euentu: q̄ omnes fo
cios ibi relēctos interemptos repererint. Est in huius insulae hispaniole initio regio xam
anā ab incolis nuncupata. Ab ea ad hispaniam prima navigatione p̄fectus rediturus
cum decem illis indigenis quos supra memorauimus: uela tenet: e quibus tres tantum
modo superstites erant: reliquias contraria terrarum aeris & ciborum mutatiōē defunctis
De tribus cum primū santhcremus xamanē latus ab eo sic appellatū attigit: unum solū
fubet. Alii duo noctu se ē in mare furtim de siunt natando profugit. Id p̄fectus octo
& triginta hominū q̄tos superiore anno paulo interius in insula reliquerat miserādē ne
cis ignarus: non multū ægre tuit: interprates sibi non defuturos existimans: quā ob cat
fam̄ hos magnificabat. Vlterius adiectis nostris parūper: canā oblonga multorū remi
gum occurrit. In ea frater guaccanarillī cius regis quem sibi astriōto fēdere discedens ab
insula deinceps amicicia p̄fect⁹ reliquerat: cui etiā nōs maximopere cōmendauerat:
uno tantū comitatus uehebatur. Is ad p̄fectum duas imagines aureas nominc fratrī
donō ferens: de nostorū morte uti postea per rei euētū cognitū est: suo idiomate egit.
sed q̄nī interprates defuerant: eius colloquia non perpenderunt. Cum autē ad castellum
ligneum & casas quas sibi aggere cīr. induito nostri construxerant peruenissent: oīa in
cinerem uersa & filere omnia cognoverunt. Ea res p̄fectū marinū cāterosq̄ uiros gra
ues deturbauit. Viuere tamen aliquem & si male conjectarent existimātes: tormenta & ba
listas igni supposito una omnes exonerant: ut graib⁹ tonitrūs littorib⁹ & altis mon
tibus late concussissi qui inter hominēs aut inter serū latebras forte metu percūlī de
gant aduentasse nostros per hęc signa persentirēt. Id incassum: uiuebat enim nullus. A
p̄fecto post hęc missi ad regem guaccanarillū nuncit dicta quantū potuere percū
pere rettulerūt. Esse in ea insula maiores se reges q̄ mīra sit magnitudinis: plures aīt. Ho
ruin duos maximis copiis suo more comparatis fama noue gentis commotis aduentas
se: belloq̄ uictos nostros omnes trucidasse: repagula casasq̄ simul & eoru⁹ suppellefūlia
cōbusisse: & se q̄ nostris cē auxilio conatus fuerit: ab eisdem suis sagitta vulneratū: crus
uita gōstāmpina ligatum ostendens: retulit. propterea non iūsse ad p̄fectū quod ma
ximopere cupiebat. Varios ibi esse reges hoīq̄ illis atq̄ illos his potētiores inueniunt uti
fabulosum legimus aenam in variis diuisum reperiisse latiū: latinum puta: mezentīq̄
acturnū & tarchonī: qui angustis limitibus discriminabantur & huiuscmodi reliqua p
titannos dispartita. Sed hispaniolos nostros insulares illis beatiores esse sentio: modo reli
gionem imbuant: quia nudi sine ponderibus sine mēsura sine mortisera deniq̄ pecunia

guaccana
rillfrater
ad p̄fectū

internicē
triginta vi
rosum

OCEANEAE DECADIS

aurea etate uidentes sine legibus sine caluniosis iudicibus: sine libriss: natura contenti ut tam agunt: de futuro minime solliciti. Ambitione & isti tamen iper si causa torquentur & se iruicem bellis conficiunt: qua peste aurea etate haudquam credimus uixisse imunem, quin & eo tempore cede non cedam inter mortales perauerit. Ad rem a qua digressi sumus redeamus. Altero die missus a praefecto melchiorius quidam hispalensis uir apud portum summum pro rege & regina functus oratoris officio: quo anno malaca uenit in eorum potestatem: neque uulnus neque uulneris ullius cicatricem uitta sublata se uidebit re tulit. Lecto illum tamen aduersa ualitudine simulata iacentem reperit: cuius cubiculo secundum concubinarum pellicum lectuli adhærent: unde peremptos eius consilio nostros suspicari coepit. Re tamen dissimulata cum guacanarillo egit melchiorius: ut postero die ad uisendum praefectum se ad naues conferret. Naues igitur uti partus fuerat ingressus nostris salutatis atque auro donatis primoris ad mulieres a caniballibus eruptas conuersus in unam quam catherinam nostri uocabant: oculos semifractos consilere uisus eam blande allocutus est: atque sic urbaniter ac lepide a praefecto ueniam petens aspectu equorum & aliarum rerum illis incognitarum admiratus discessit. Fuere qui praefecto consuleret guacanarillum detinendum fore ut si cuius consilio nostros peremptos fuissent comparent poenas daret. Sed irritandi animos indigenarum non esse tempus praefectus ratus est dimisit. Postridie eius dicti regis frater ad naues se conferens: uel suo: uel fratris nomine mulieres seduxit. nam sequenti nocte intempesta catherinam ipsa ut se & quascunq; possit in libertatem uendicaret: aut regis & fratris eius pollicitationibus subornata multo maius facinus agressa est quae cloelia romana quae tiberim ruptis nunculis porsenae imperium fugiens cum reliquis obsidibus uirginibus enatauit. Illa enim fluuium equo: haec cum se pte alii mulieribus suis metu lacertis confusa circiter tria millia passuum: atque etiam maris non bene tranquilli traicit: tantum enim a littore classis omnium opinione distabat. Illas insecuti cymbis leuioribus nostri eodem lumine: quo in littore uiso mulieres regebantur dicitur: tres assecuti sunt. Catherinam cum quattuor reliquis ad guacanarillum euassis credi tum est. Nam ubi eluxit missi a praefecto nuncius aufugisse cum omni supellecstile guacanarillum simul & feminas ipsas cognoverunt. Id non ituria fuisset nostros eius consensu interemptos suspicione adauxit. Hunc deinde melchiorius: de quo supra tribus armatis centuris acceptis queritanter: centuriam centum virorum numerum appello licet me non lateat constare centuriam ex viris centum uiginti octo: quindecimque decuriati: in fauces quasdam retortas utrinque collibus erectis munitas incidit. Fluuii alcuus grande ostium arbitratus: portum ibi ualde commodum actutum adiuuent: portum regalem propter ea nominandum censuerunt: falcatum eius ingressum atque adeo in arcu m dispositum ferunt: quae siue in leviam siue in dextram introductas naues flecent: unde donec ad ostium reuertantur: ingressi fuerint non facile dignosciri possit: quamuis tribus simul patribus prorsus onerari et naues procedere ualeant. Hinc atque inde sublati colles littorum loco uenientes frangunt uentos. In eius medio sive promontorium nemorosum pittacit atque altaru uolucrum ibi nidificantum multis generibus sua uissimeque continentium erigitur. Duo in portum hunc flumina non mediocria defluere cognouerunt. dum inter utrumque terram explorant: altam a longe domum uident. Ibi late re guacanarillum rati accedit. Adeuntibus nostris uir quidam fronte rugosa & clato supercilium centum hominibus consistatus efficitur obulus: arcu sagittis & lanceis praecutus sudalibus omnes armati ministris similes occurunt. Se talios id est nobiles esse non caniballes in clamitant. Signo pacis a nostris dato arma simul & feritatem illam deposituere: & singulis accipitribus tintinnabulis acceptis statim cum nostris adeo stricta amiciclam insere ut in nostrorum potestate se se sine ulla mora in naues ex altis fluuii ripis demiserint: & suis postea munieribus nostros donauerint. Domum illam qui ea dimensioni sunt: duorum & xxx. magnorum passuum a circumferentia ad circumferentiam erat enim sphærica: facto diametro fuisse assertum. xxx. aliis

mulieris
audacia mi
ra

Colono marmor appellatum. Sed nemini uires ad labore illuz obesursem suppetebant: Turricula tamen ad primos in colarū ipectus suis nēdos erexit: quā nomē Dei appellauit. Ex quo Beraguā reliquit: tum in itinere inter arenolas planities: tum egestate dū turrī edificare: et paucis superstib⁹ ducentū amisit. Ita paulatim cōsumpta est septingento rum octoginta quīngū uirorū multitudine ad uix centum iā reducta. Dum Nīcuesa cū paucis illis miserrimis hominīs uiueret: exorta est inter Vrabenses de principatu contentio. Vaschus nūnez halbō quidā omnium ludicio magis armis q̄c cōfilio confusus manu prōptos in Ancisum prōtore concitauit iniquiens: Ancisum litteras regias prōtoria potestatem annuentes minime habet: nec satis esse quod a fogeda fuerit autoritate gubernatoria electus. Venit igitur ne ius prōtoriū exerceret Ancisus: & quosdam iter se uiros vrabēses statuerūt: quorū cōfilio regeretur. Quare in factiones diuisi non redeūte duce suo fōgeda: quē sagittæ ueneno tam perisse arbitrabantur: an accersendus esset eius loco Nīcuesa nec ne: in uicem contendebant. Qui magis cōfilio ualebant: & nīcuesæ familiares fuerant: quique Vaschi nūnez insolentiam ferre nequibant: Nīcuesam debere queri per ea uniuersa litora censebant. Intellexerāt enī ex Beraguā ob terrae sterilitatē discessisse: posseq; ipsum Anciss exemplū & aliorum qui naufragati fuerāt: in secessu aliquo oberra re: neq; esse animo quiescendū: donec aperte intelligatur: uiuat ne cum sociis: an obierit. Vaschus autē nūnez uerit⁹ ne adueniente Nīcuesa imperio in socios exueretur: insanos appellabat eos: qui putarent Nīcuesam uiueret: & si uiueret opera Nīcuesæ ipsos non iudicere. Asserebat enim neminē ex sociis esse: qui non sit æque imperio aptus: atq; Nīcuesa. Dum ita in contrariis uersaretur studiis: ecce duarū nanūm grandiorū duotorē Rodericū enīq; colmenares cum sexaginta uiris recētib⁹: & cōmeatuū tā ad uictū quā ad uictū copia. De huius colmenaris nauigatioē animus est pleraq; referre. Ex Beata portu hispaniolæ ubi ad has terras trajecturi se instruūt. Colmenares iste discessit cīciter id octobris anni Millesimi quingentesimi decimi. Prehendit autem terrā in nonis nouembris in uasta Paria regiūcula a Colono reperta inter portū carthaginis & regionē cuchabacōam. Pessus est inter nauigandū tū ab incōlōis: tū a mariis Ira Incōmoda nō mediocria. Aqua potabili deficiente naues applicat ad fluminis ostiū suscipiēndis nauibus aptū: in colarū appellatione Gairā deflebat autē gairā ex alto nīuali nīonte quo altiore nemo ex ducis Roderici comitibus aiebat se uidiſſe unq;: neq; aliter putandū est: si nīmibus albescebat in ea regione que intra decimū gradū distat ab æquinoctiali linea. In gaire igitur fluminis rīpa ad implēdos cados lintrē seruitorā demittit. Dum haurire aquam inciperent & scapha: ecce regulum uestib⁹ amictū gossampinis cū sociis palatinis uiginti: insuetum uisu. lena illi pendebat ab humeris cubito tenus: A cīngulōvero demissa. uestis alia talaris scemīnē. emulabatur ornatū. Accedens Regulus amice uisus est monere nos: ne inde aquā sumerent: quod noxia esset hominib⁹: ostendit q̄ proxime labi fluvii alii alii aquæ salubrioris duotorē. Monstratū a Regulo fiuū adeūt. fundum tentare: nitētes tepestate phibentur: ebullientes etiā arenæ uadōsum esse ibi mare indicabant. Coacti sunt igitur ad primū redire fluvium faciēdis anchoris tutum. Struxit cacichus ille nīsis in fidias adeuntibus. Attentos nanc⁹ cadis implēndis: cū armatis more suo nostrorū iudicō septingentis licet nudis alias: Soli nanc⁹ regulus & palatinī eius amicūtur nostros perturbat. Lintrē raptat & in assulas cōfringit. Sagittis uno iſtu ocali septē & quadraginta enīs prius quā scutis se contegere quiuerint: transuerberauerūt: e quibus unus tantum euasit. Cæteri atrocitate ueneni perire illico. Neq; enim remēdia contra id ueneni gen⁹ adhuc intellige bāt: uti postea ab insularibus hispaniolæ didicerūt. Herba nāq; gignit hispaniolæ huīus herbae uirus extingueſ: modo propere succurratur. Seruatī sunt & ali⁹ septē claspī intrā magnæ arboris corrosum uetus stateſinum ad noctē usq; ibi latitantes: Sed mīni me uitauerunt hostiū manus. Noctū nanc⁹ illis relictis nauis discessit. De his nulla ultior mentio habita est. Ita per multa huīusmodi discriminā: que: ne sim mīguta recensem

minor p
montarū.
Mōmē des

discordia ī
ter vraben
ses.

vaschus re
cusat de ni
cuela.
Succurrē
cēgitib⁹ col
menares.

roderici coi
menares na
uigatio.

ges vestita

ges vestita

proditio in
colarū et
nostrorum
strages.

CREDITI CONTINENTIS

do tuis Sanctitati fastidiosus: prætereo. Vrabæ tandem sūnū asscutus est. In orientalī eis latere sterili fecit anchoras: vnde paucis ante dīebus ad occidentale fortunatū nō transmigraverant. Admiratus locorū silentiū ibi nāq̄ socios se reperturū putarat. Quid rei hoc sit non intelligit: uiuant ne: an locū mutauerint: ambigens. Salubre ad rem consiliū amplexis est. æneas ballistas & pulueraria quæcunq̄ tormenta nauibus gestabat globis & puluere farciri: flammisq̄ per cacumina rupiū accendi noctuū iubet. Igne supposito uniuersa simul tormenta quatuum. Tonitribus & mugitu horrendo sinus Vrabensis intremuit: līcet millia passuum quattuor & uiginti distarent. Ea est enim sinus Vrabensis latitudo. Ex auditu tamē a sociis: & flammis aduentantū sociorū. Dariennēses mutuū respondent flammis. Quare flammarū respondētiū ductu ad occidentale latus Colmenares trahunt naues. ærūnōs darienenses: qui iam uix aliam egestate laflamm dentibus terinebāt: ob Ancisi prætoris naufragiū protētis in cœlum manib⁹: abortis præ latētia simul et mātore lachrymis: eo plausu: quem tanta necessitas expostulabat. Rodericū & socios ad se uenientes suscipiūt. Commeatisbus & īdumentis: erant enim pene nudū: habuinde fruūtū Restat Beatissime pater: ut quid vrabensiū dissidia de p̄cipiatu ducibus amissis peperint: edisseramus.

PYTATI CONTINENTIS LIBER TERTIVS.



RIMORES Vrabenses oēs: & qui consilio magis pollebant: accerendūz esse quoquomodo Nicuēsam sīcubi reperitur: censem. Ab Anciso prætore renūte aduentum Nicuēse bergantinū quē ipse propria īmpensa construi fecerat: abripūt: & contra ipsius Ancisi uolūtātē ac Vaschi nūnnez gladiatoriū iudicium statuunt ut Nicuēsa queratur ad inuidiā de p̄cipiatu inter se tollendā. Colmenariū ergo de quo supra mentiōē fecimus: negotiū dant ut nicuēsam queritet per ea littora uti suspicabantur. errantē. Audierant nāq̄ deseruisse Baraguā telluris in fœcūdæ regiō nem. Dantq̄ in mādatis: nt repertum aduehat. Spem rei bene gerendæ illi p̄rebeat: si ad tollendas inter eos coalescentes iam seditiones uenerit. Prouincia summit Colmenares quia nicuēsæ denūctus esset amicīcia: nec se minus ut nicuēsa succurreret cum suis cōmeatibus q̄ vrabensiū: uenisse fateretur. Vnā īgitur e suis nauibus quas aduexerat: & ablatum Anciso prætori bergantinū cum parte cōmeatuū: quos iportauerat: īstruxit. Vnā uersa circumūcīna littora per agrās ædificantē turrī ad Marmor p̄montoriū Nicuēsam tandem reperit uiuentū oīm īfelicissimum suprema mācie confectū: squallore obſitum una cū sexaginta tantūmodo sociis ex septingentorū amplius numero superstītibus adeo ut nil minus illorū miseretur: q̄ si mortuos offendisset. Nicuēsam amīcum Colmenares recreat. lachrymis & blandis sermonibus solatur. Ampla spe melioris successus & mutandæ fortunæ Nicuēsam replet. A bonis omnībus vrabensiū aduentū eius desiderari arguit: q̄ sperent eius autoritatem sedatum iri discordias inter eos exhortas. Colmenariū amīco Nicuēsa gratias agit: quales tanta calamitas exigebat. Mare unā consūdant Vrabam uersus p̄ficiuntur. Veteri solēt homines naturae īstituto ex letis fortunæ successib⁹ īsolescere. Post lachrymas: post flet⁹: & uarios de īfelicī fato suo cōquest⁹: post gratiā ī actōnes prouolutus ad pedes Rodericū colmenaris seruatoris sui Nicuēsa: fame iā domo expulsa: coepit obloquī p̄fusq̄ Vrabenses uiseret: de mutando rerū statu in vrabā deq̄ auro demendo cunctis: inquiens nequitiū se quenquam se aut fogēda collega suo ī consultis auro manū imponere. Hæch uīsim odi dista ad vrabensiū aures delata. Ancisi prætoris pro fogēda & vaschi nūnnez partis aduersa suscītatoris. animos ī nicuēsā cōcītarunt. Adeūtē reūciunt: uelut alii referunt: postea q̄ ī terrā descendērat cum sexaginta sociis: ut inde abiret minis etiam additīs cōgerūt. Bonis omnībus id minime placuit: Sed populi tumultū ueritū quē vaschus nūnnez excitatbat: rē īniquā passū sunt. In bergantinū īgitur: quē ipse miser aduexerat: cū septendecim tantū ex sexaginta superstītibus

nūcūsaque
rūtur.

nūcūsa ersi
nosus.

gratiarum
actio
Notabilē.

repertus ni
cūsa mihi
tur vraben
sibus.

Elicitur ni
cūsa

LIBER TERTIVS:

trudūt. In calendis martiis anni Millesimi quīgentesimū undecimū infelix nūcūsa mare
 concedit iturus ad hispaniolā cōquestū de vaschi nūnnez temeritate; atq; illata uī p. An
 cīsum prætorē in ipsū. Hora infusa bergantinū cōscendit. nūsq; apparet ultra. Sum
 mersos omnes & bergantinū ipsū arbitrantur. Id utcunq; feratur: nūcūsa ex erūta præ
 sumptisq; quos colmenares īportauerat cōmeatisbus: fame rabidi uti & siluis lupi rapaces
 coguntur uiciniā perturbare. Duce vascho nūnnez cīciter centū triginta uīri conueniūt
 Vaschus aciem suo more gladiatorio instruit. Folle tumidior præstites substites qđ sibi ac
 tergiuctores ad libitum eligit. Comitem & collegā ducit secum Golmenarē. Exit raptus
 a finitimiis regulis quicquid fiet obuiū. Regionē per id līttus nomine Cōiba: de qua
 mentionē alias fecimus: adit. Caretā eius regulū: a quo nūl unq; aduersi passi fuerant tran
 seunte: appellat. Imperiose truciq; uultu petit præberi aduentibus cibaria. Caretā re
 gulus posse illis quicq; impartiri negat. Se transiuntibus christianis succurisse sepe nu
 mero unde penū habeat exhaustū: arguit. Ex dissidiis præterea & similitati bus: quas ex
 erciuit ab ineunte sua etate cū finitimo regulo: qui Poncha dicitur: laborare domū suā re
 rum penuria. Nil horū admittit vaschus gladiator Miserū Caretam spoliato eius uico uī
 stum iubet duci ad Darienē cū duabus uxorisbus & filiis uniuersaq; familiā a pud Caretā
 regulum repererunt tres & sociis nūcūse: qui nūcūsa prætereūte ut beraguā quereret: iu
 diciū ex male factis timentes aufergerant & nauibus in anchoris stantibus. Classe uero ab
 eunte carcte regulo se crediderunt. Caretā hos tractauit amicissime: agebatur fam mēnsis
 duo deuīgēsīmus: ppterā & nudos reperere penitus: ut reliquos incolas: & saginatos uti
 capones manu scemine domi depastos in obscuro. obsonia dapesq; regias fuisse sibi illo
 tempore incolarū cibaris uīsa sunt: quod sine mei tulq;: sine cede nō cedam cōtentione
 uixerint: que duo trahunt: cogunt & raptant homines: ut uiuēdo minime uiuāt. Ad pri
 stinas tamen curas redire elegerunt. Ex caretē uīco ad pītem famē propulsandā: non au
 tem ad necessitatem penitus tollendā cibaria detulerūt ad socios in dariene relictos. An
 post hēc an prius id acciderit: non aperte intelligo. Scio tamē post nūcūsam eiectū in an
 cīsum prætorē occasione fuisse per vaschum & factionarios eius quæsitas. Captus est an
 cīsus & cōiectus in nūcula: bonaq; illius fisco addista: causa suscepta qđ a fogeda tantū: quē
 iam uita functū aiebant: non a rege litteras prætorias haberet: seq; iquit nolle cuiq; par
 re: qui ab ipso Rege per propriū diploma potestatē non hēat. Bonorū tamē rogatus flexit
 animum: & mitius egit bonus dīgladiator: stigmati pepercit. Ancīsum solū iussit: qui li
 ber nauīm ipse libens concedit: ut irde abiaret ad hisponolam. Prītūq; uela daret: boni
 omnes ad eū supplices ierunt: vt e nauī descenderet ab eo petunt: seq; daturos operam
 pollicentur: ut vascho recōciliato integra illi prætoria autoritas restituatur. Recusasse fer
 tur ancīsus: discessitq; nec desunt: qui sub lingua imurmurent: uoluissē deū & coelites in
 ancīsum ista patrari in electi eius cōsilio nūcūse uindictam. Vt cung; sit nouarum terra
 rum uestigatores ruūt in præceps: & se ipsos conficiūt intestinis odiis: necq; inuigilant: ut
 par effet: tantæ rei inuēto. Statuunt interca oēs una sententia mittēdos esse ad Hispanio
 lam ad almirantū siue Archithalassum iuuenē Colonī primi repertoris hæredem filium
 i hispaniolā proregē: & ad reliquos insulæ gubernatores: a quibus nouæ terre auxilia
 & leges recipiunt: qui significant de statu rerum: & quāta angustia laborent: quidue repe
 terint: quid speretur si cōmeatisbus succurrant egestibus. Ad id uolēte vascho nunnez
 eligitur e factionariis eius Valdūia quidā nomine processu in Ancīsum suo insulitorio iu
 reformato additū & illi collega homo cantaber qđā zamidius. Vt valdūia ex hispanio
 la redeat cum cōmeatisbus expositis mandatis: & zamidius in hispaniā ad regem se con
 ferat edicatur. Discedunt ambo una cum ancīso aliter: que acciderint: regi qđā ualidūia uel
 zamidius relaturo. Et ancīsus & zamidius me domi in Curia cōtenerunt. Que mecum
 egerint alibi dicentur. Dum in his uersantur miseri Darleuenses Caretā regulum coibē

Infelicit
persit nū
esa.

caretaregu
lus spoliat
& capitū.

tres, plagi
saginati.

qd trahat
pīeps hūa
nu genūs.

capit adīs?

Solutur
ancīsus.

accīs disces
sus ex vras
ba.

valdūia et
zamidius
vrabensū
nūcīs

Caretā sol
utur.

CREDITI CONTINENTIS.

Sem solvant statuto fœdere de bello gerendo nřis auxiliantibus contra poncham carete si
 nitimū hostem intra continentē regulum. Translitrū Careta pollicetur se necessaria p̄-
 biturū: pñtemq; cū sua familia & armis futurū in bello. Sunt autem ipsorum arma: non
 arcus: non sagitte uenenatae: uti habere idigenas illos trans sinum orientales diximus.
 Comitus hi certant ut plurimū enībus oblongis quos macanas ipsi appellant: lignis
 tamen: quia ferrum non assequuntur: & præustis sudib⁹ aut osseis cuspidibus missilib⁹
 etiam ad prælūm utuntur. Sementibus ergo iactis q̄ maximās facere potuerunt: itur ad
 Poncham duce causasq; primas agente Careta. Post aliquot a pacto feedere menses: ut se
 rēdi meteridiq; caretæ ruricolis copia daretur. Ponchæ regiam adoruntur. aufugit pon-
 cha. Vicum & uniuersa diripiunt: bonis ponchæ famem ppulsant. Sed minime sociis
 ob locorum distantiam illis bonis: licet multa repererint: succurrere potuerunt. Distabat
 nanc⁹ regia ponchæ a Darién milia p. centum amplius & humeris portanda erant: ad
 maxime distans littus: ubi nauigia: quibus adiecti erāt ad caretæ uicū: relinquerāt. Auri
 libras aliquot reperere celatas in diuersa monilia. Redeunt ergo ad naues deleto pōcha:
 reges internos relistūt. Maritimos autem infestare constitūt. Est non longe a Cóbā
 in eadēora regio cui nōm Comógra: regulusq; illius Comógrus. Hunc post ponchā de
 letum adeunt. Comógrī regiam in aduersa montiū uincorū radice sitā uberi duodecim
 lequarū planicie celebrē repererunt. Ad comógrū afins & primari⁹ Careta palatin⁹ ex
 dīſidio cum caretæ se receperat. Appellat hos lingua corū Iura: se se medium dedit Iura
 Coibensis: & comogrū nřis conciliāuit: quia nostris erat a trāſitu Nīcusest notissim⁹: tres
 q; illos trāſugas domi surā hic habuissēt in honore toto eo tpe ferebatur. Pacato fgitur nři
 Comogri regiā adierūt quæ distabat ab darién clequas. 30. itinere puio: circuſre nāc⁹ mō
 tes mediū cogunt eunes. Septem habere filios egregia forma iuuenes & adolescentes ex
 uariis uxoribus Comogriū compererē licet nudos. Atrium autē ex sublīcībus trabibus in
 ter se connexis roborosa mīris modis structura constare aiunt: lapideis incenibus nīhilo
 minus ualida. Longitudinem dīmensi passiū centum quīnquaqinta. Latitudinem uero
 pedū octoginta in uacuo dīnumerarūt: laquearib⁹ & paumentis arte eximia laboratis.
 Penariā uero cellā reperere refertam dapib⁹ patriis omnifariam. Vinariā autē dolis
 fictilībus & lignis cupis munitā: hispano uel italo more: optimisq; uiniis licet nō ex uuis
 repletam. Nec enim uites habēt. At ex tribus illis radicum & granoriū ad conficiendum
 panem generibus: que Itica agēs & mai⁹ diximus in nřa decade appellati: & ex palma-
 rum fructibus uina cōſciunt: uti germanos: Belgas: britannos etiā nřos his-
 panos puta valcones & astures: & in alpib⁹ noricos sueuos & heluetios ex ordeo tritico
 q; & pomis alicam cōſcere audiuimus. Alba nigra etiā uariorūq; saporum & mulsum
 pleraq; imitantia apud comogrū se potasse uina dīſtant. Audi summe pontifex audi
 aliud monstrouſum spectaculū. Huius reguli penetrale ingressi camera reperiunt pēſilib⁹
 repleta: cadauerib⁹ goſſampinis funib⁹ appēſis. Interrogati quid ſibi uellet ea super
 stiſio: Parentum esse & auorū atauorūq; comogrī reguli ea cadauera inquiunt. De qui
 bus seruandis maximā effe apud eos curam: & pro religione eam pietatem haberi recen-
 ſent. Pro cuiusq; gradu indumenta cuiq; cadaueri imposta auro gemmisq; ſuperintex-
 ta. Penates ſic colebat antiquitas summe pontifex. Quo uero pacto cadauera illa cratib⁹
 desiccent: ita ut ſola restet cutis tanq; oſſium retinaculum igne lento ſupposito: in deca-
 de deſcripſim⁹. Ex ſeptem comogrī filiis xate grandior mīra pollebat natūra ſapiētia.
 Blandiendū effe homīnibus iis uagis intellexit: dandāq; opera: ne cauſas nanciscantur
 quibus in ſe domumq; ſuam uti ſi ceteros cōtermīnos ſeuire queant. Ad uasci & colme-
 narē primari⁹: quattuor aurī affabre laborati drachmarū milia: ſeptuaginta etiā mā
 cipia dono misit. Se nanc⁹ inuicem capiūt: ac uendunt rerum uſu uel appetitu ſuo con-
 ſonarū permutatione: Pecunias quidem neſciunt. Aurum illud tantum dēq; albi conge-
 ſum una librabant in comogrī uſtibulo noſtri: ut regiō fisco quinta pars debita ſecerne

ſtūr in poſ-
cha reguliſ

adīſ como-
grue

deſcriptio
comogree
domus.

more nřo
vaſa evīnū.
ex palmaz
fructib⁹ vi-
na.

Comogrī
penates.

Comogrī
munera.

RIBER TERTIVS.

retut. Est namq; id ordinariū in iis regnis decretū: ut ex auro argenteoue ac gemmis quæ
 storsbus regiis assignetur quinta: Reliquum inter se ex composito diuidūt. Exortæ sunt i
 auro diuidendo inter nostos rixæ. Aderat comogrī filius prudens ille primarius: qui ac
 cedens librales lances pugno excusit rigido: & aurum quodcumq; incrat per uestibulum
 dispergit: iurgijs nostros insectando eleganter in hanc sententia dissertat. Quid hoc rei ē
 uiri christiani: adeo exigua aurū copiā tāti facit quā præcipue multis ex pulchre sahrefas
 etiam mōlbz i rudes uetus cōflare. Secū nāq; cōfatoria istrumēta portabāt. Si aurū est vīa
 famēs tāta ut illi⁹ causa tot quietas gētes pturbetis calamitates & incōmoda pferēdo p unī
 uersum e patriis regionibus extorres: regionē affluētem auro iobis ostendā: ex qua po
 necesse est potentes reges: patriæ ditionis acerrimos defensores: armorum uī debellare
 Præter ceteros se se uobis obiicit tumanamā Rex: cuius regnum est auro reliquis fortu
 natius: a nobis distans soles tantū sex: A sole nanq; dies cōputant. Medios præterea moni
 occupant. Oppressis nanq; montiū habitatoribus autifodinariū: que scatent in iis mori
 tibus: cupiditate raptati proprias & ipsi sedes deseruere. Eo enī auro quod ipsi miserorum
 monticolarū lacerti effodiūt: in laboratas laminas & uarias imagines has & huiscemō
 di alias effigiat: quicquid appetunt: assequuntur. Fabros nanq; & ipsi aurati os habēt: qui
 monilibus formandis inuigilant: Rude siquidem aurum nos non maioris facimus q; lu
 teos globos: priuū quam opificum dextra fabrefacti prodeant in fistile uas aliquod nobis
 gratum aut necessariū. Fistilia & ipsi habent nō inculte formata. Hęc nos ab illis nostro
 rum prouentū puta mancipiorū in bello profligatis hostibus captoriū: que coemūt edē
 da lodiūq; & supellestiliū ad domorū ornatū permutationē cōparamus. Esculēta quo
 q; illis nos præbemus: quibus ipsi carent: Quippe qui montes incolunt. Armis igitur est
 hoc montanū iter aperiendum. Hos montes (idice dīgito montes australes mōstrabat)
 traſciendo mare aliud e promontorii despectare licebit: quod nauigis uelificatur nihi
 lo uestris minoribus: & carauellas insinuabat: licet & illi nudū agant more nostro: uelis ta
 men & remis utuntur. Ab aquarum e montibus diuortio latus illud uniuersum ad austriū
 spectans aurū gignit affluerter. haec ille & una insinuabat escaria uasa ceteraq; utēsilia re
 gem tumanamā cismontanū & transmontanos oēs ex auro habere formata: aiebatq; non
 minorē esse apud australes illos aurū copiā: quā apud nos ferrī. Ex qua nanq; materia no
 stri enses & relquia tela cōficiant: intelligebat relatu nostrorum. Duces nostri Iuueniū nu
 diorationem admirati: interpretes enim habebant tres illos saginatos: qui sesquiannū
 inter caretā familiares uerati fuerant: animos ad eius dicta erexerūt: & aurū e lancibus li
 bralibus discussi temeritatē in facetias & urbanitatem conuerterunt: cōmandantq; illi
 us & facta & expōsta. Sed quibus argumentis innixus ista ferat amīce interrogant: quid
 ue faciendum censem: si plures copiæ uenerint. Ad hęc iuueniēs comogrēus idōmate pa
 trio in se parump receptus: uti orator qui se ad aliquid graue differendū accingit: & cor
 pus ad motus persuasioni necessarios disponit: in hanc repetit sententiam. Attende nī
 tamen: imperiū causa nos bellis inuicem cōficiimus: & uiciniū precellere nostris cupimus
 Hinc pullulant inter nos diffidia: hic nostra pernicies. Bella gessere maiores nostri: ges
 sit & genitor comogrūs cum finitimi⁹ regibus: in quibus & uicim⁹ & uicti suimus: Sicut
 ex stratīs hostibus apud nos mancipia cernit⁹: ex quibus septuaginta uobis dono dedi:
 haud secus nobis profligatis e nostris hostes captiuos duxerunt aliquādo. Bellorū nanq;
 uices haec sunt. Ex familiaribus nostris: qui apud eos mācipiū egerunt: ecce unū qui apud
 longo tempore uictus sub seruili ferula uitam duxit infelicem. Ab hoc & innumeris ali
 is huiuscmodi: A liberis etiā hominibus ab illis ad nos & e conuerso amīce traſcientib⁹

redar quis
 nōs como
 gris filii.
 pulchra eō
 mogri filii
 oratio.

Rex tunc
 ma diuīs
 auro.

quid finit
 cēpmūtē.

Alia utilis
 ofo como
 gret tuatis

CREDITI CONTINENTIS

hæc nobis ab immortali memoria propriis facultatibus notiora sunt. Atamē quo cettius uobis ista referri sciat: ne falli inspicemus: me duce uicto resteg⁹ parato ad supplicium rem aggredim⁹: ut me ex arbore uicina suspendatis si differre a meis dictis uel puncto intellexeritis. Accite igitur accite milie christianos ad bella paratos: quorū robore possimus una cum comogri genitoris mel nostrum more bellatoribus hostiū uires confringere. Id uobis aurū copiam optatam præbebit. Nos autem in ducatus & auxiliis præmiūz ab hostiū nostrorum iniuriis & formidine perpetua: qua cōcepta male pacati uinimus: liberabitis. His dictis prudēs iuuenis comogren⁹ conticuit. nostri uero saltuā deglutire mercuariam ampla spe auri iterato cœperunt.

PVTATI CONTINENTIS LIBER QVARTVS



AVCO S inde dies ibi commorati Comogro sub nomine caroli ob hispania rum principem baptizato cum eius familia rediunt ad Socios Darienenses relicta comogro spe de misib⁹ a filio petitis: quibus tuto queant ad australe pelagus montes superare: vietū quæm habitadum elegerunt ingressi: redisse Valdiuia post semestre a suo discessu intellexerunt. Sed cum parva cōmeatuū copia quia paruum aduixerat nauigii. Spe tamen ampla de mittendis prope diem & cōmeatuū & recentiū nitorū auxiliis. Almirantus prorex & reliqui hispaniolæ gubernatores se nullam habuisse haec tenus cura de Darienensesibus facentur q̄ Ancilum prætorem cū sua nauis onusta incolumen fuisse appellsum arbitrarentur. bono sint animo in posterum hortatur. se nulla in re defuturos: Ad presē nullam habere nauim quæ plura valde queant præbere de necessariis iquid necq; erat carauella quas ipse aduixerat capatio. Erat nāq; licet nomine carauella ob formam exiguae tamen nauigii. Quare ad presentem tantum necessitatē parumper moderandam non ad egestatem tollendā commeatus attulit valdīuia. Post paucos igitur dies a valdīuia regressu iisdem angebantur angustiis: presertim quia ueniens ex altis montibus turbo cū fulguribus & tonitruis horrendis mense no uembris tantum aquarū attulit allunis: ut segetes omnes quas in solo bene fortunato se ptembris mense: priusq; ad comogru regulum proficisceretur: satas reliquerant: abstulerit partim: partim suffocauerit. Erant sementes illæ panicæ quod grani genus hispaniola matsum vrabahobam appellat: quas diximus quotannis ter maturescere quia regiones ille horre hyemali minime grauantur ob uiciniā ad æquinoctialem linēam. Ex hobba siue maſſo panem esse triticco regiones illas incolētibus salubriorē: q̄ facilis cō coquatur: consonat physica rationi. Deficiente nāq; frigore ab extremitis ad præcordia calores minimi pelluntur. Frustrati ergo spe suarum legetum: & uicinis regulis iam & cōmeatisbus & auro expilatis: querere cibum a distantibus coguntur: & una significare gubernatoribus hispaniolæ quāta egestate urgeantur: quæcum apud comogru de Australi plaga intellexerint: quo sit regīcūra de mittendis mille illis armatis: quorū dextra si passato nequiverint: periuos liceat facere montes utrumq; mare intersecaentes. Mittitur cum mandatis idem valdīuia: cui præbendas questoribus regiis in hispaniola sedem habentibus: octunciales tercentum libras ex quinta Regio fisco debita crediderunt. Eam libram hispanus Marchum appellat: quam quinquaginta nummi aurei castellani nuncupati cō plent. Castellani pondus pesum dicunt. Quindecim ergo milliū castellanorū summa dicimus eam fuisse. Est uero castellanus nummus paulo minus triente Ducatu aurei superans prouincię peculiaris moneta: quæ nullibi præterq; in castella cuditur. Constat ex ea summa libras mille quingentas octunciales a regulis assolutos fuisse. Quod universū in diuersa conflati uel diuinctum monilia puta torques collis: armillas brachiis: & bullas pectoribus imponendas: lamínulas etiam auribus & nares affigendas repererant. Mare igitur valdīuia cōscendit ea carauellula: quæ uenerat: redieratq; alias: tertio idus Ianua-

comeat⁹
pauci.

factura tur
binis.

ter serit pa
nisvno anno

Ex regia
quintator
cētu aurī li
bre octūcia
les mītūtū
tur.
quid sit au
reus castel
lanus.

LIBER QVARTVS.

tii anni iam millesimi undecimi ab aduentu domini: cum mandatis ad uaschi munne^z at
 bistruz: & ea quā rettulimus auri summa regis præbenda questoribus: & examicis por
 tanda in hispaniam ad affines & cognatos: quam quisq; optauisset. Quid ualdui^z inter
 nauigandum acciderit suo loco dicemus: ad permanentes in vrbā redeamus. Hidimissio
 ualdui^z: rabida fame stimulati statuunt eius sinus intima uestigare per diuersa. Est ab o
 stio sinus eiusdem extremus angulus distans millia circiter octoginta. Angulum illū ap
 pelearunt hispani culatam. Angulum præhendit uaschus ipse cum centum hominib^z ue
 tis per sinū uno Bergantino & monoxylis prouincialibus quisbusdam: quas diximus ca
 noas ab insularibus hispaniolis appellari: ab urabensis bus irri. In sinum ex angulo fluui^z
 cadit: ab oriente labens darienē decuplo maior. Aduerso fluui^z millia p. triginta: aitū nā
 q; ipsi lequas nouem amplius sed in dextram conuerst ad meridiem incolarum pagos of
 fendent: quorum regulus dabaiba nuncupatur: uti cacichum hispaniola i^f chebi ultima a
 cuta appellant. Ad dababam se recepisse cemacchū darienē regulum a nostris in prælio
 profligatu intellexarunt. Aufugit dabaiba. Putatur a cemacco monitus ne nostrorū im
 petum operiretur. Deserta omnia reliquit. Arcuum tamen & sagittarum aceruos: supelle
 filia etiam & retia: pescatoria scaphas plures repererunt. Lacunosa namq; palustriaq;
 loca illa neq; faciendis fermentibus aut arborum plantationi apta esse cognoverunt. Pro
 pterea exiguum corum: quae affectabant: cibariorum scilicet copiam consecuti sunt: quia
 pescum permutatione a finitimis panem ad propriam tātum indigentiam i^f pescatores
 comparant: auri autem coelati millia castellanoru^z septem ex desertis domibus habuerūt
 E monoxylis quedam: ex arcibus centum: ex sagittis fasces aliquot: ex supellefiliis bus
 cuncta. De prouincialibus uru^z id est līntribus duas abduxerunt. Ex eius fluminis paludi
 bus uespertilioes inquietum prodire noctu turturibus non minores morsu lethali no
 stros infestates. Id aliqui ex iis qui morsus experti sunt testantur. Ancisus prætor electus i
 terroganti mihi de uespertilionum uenenato morsu rettulit se fuisse inter dormendum
 a uespertilio demorum in talo pedis æstate ob calorem detecti: nec magis nocuisse: q
 si alterius animalis non uenenosi dentibus laesus fuisset. Dicunt alii uenenosum esse mor
 sum: sed aqua marina illico lotum curari. Rettulit etiam Ancisus mederi aqua marina: &
 igneis cauteriis simul uulnirato ab incolis uenenata sagitta: seq*z* id in regione caribana
 ubi plures ex suis percussi fuerunt: experimento cōperisse. Ex angulo igitur sinuali ura
 bæ redeunt parum contenti: quandoquidem non onusti cibariis. Redeuntibus illis exor
 ta est in vasto illo sinu tanta tempestas: ut supellefilia omnia: quæ a misericordiis pescatoribus
 afferebant: profligere in pelagus fuerint coacti. Ex uru^z etiam id est līntribus quasdam una
 cum hominibus absorpsit mare. Eodem uero tempore quo Vaschus munne^z tentare si
 nus angulum ad meridiem constituit: ex composito rodericus colmenares cum viris se
 xaginta per alterius gurgitis alicu^z ab oriente ad montana carpit iter. Is ab ostio flumi
 nis ad millia p. circiter quadraginta: inquietum nāq; lequas duodecim: pagos offendit in ri
 pa fluminis sitos: quorum chebi id est regulus Turu^z appellatur. Apud hunc regulum
 adhuc morabatur colmenares: quando Vaschus munne^z post reditum ad dariensem: ad
 uero & ipse flumen colmenarem adit. Inde refecta iam eius turu^z cibariis socrorum cas
 terua statuunt una concordere. Ad millaria totidem ab illis quadraginta insulam com
 plectitur flumus pescatorum patriam. Eam: quia nativas ibi arbores offenderint cassiam
 fistulam gigantes: cannafistulam appellarunt. Vicinos in ea sexaginta repererunt gr^e canna fistu
 latam casas decem habitantes. A dextro insulae latere labitur alter flumus: & ipse la.
 prouincialibus līntribus et Bergantinis sustinendis aptus. Ruum nigrum flu
 um appellarunt. Ab ostio fluminis eius ad millia passuum quindecim sparsim re
 perere uicum domorum quingentiarum edificatum: cuius chebin id est regulum abena
 e.i

de anguli^z n^r vabalibus

vabalibus re
gulus.

quid reperere
riti abas
be regla.

magni ues
pertilioes

fera tempe
stas.

canna fistu

la.

ruⁿ niger.

CREDITI CONTINENTIS.

abenams
chei.

machéi uocari aiunt. Domos deseruere omnes ubi primum nostros aduentare senserunt. Sed cum fugientes insequerentur: mutato consilio reuertitur: & irruerunt in nostros atrociibus animis: ut qui e propriis laribus pellebantur. Enibus ligneis: sudibus etiam praestis & hastis teretibus oblongis non autem sagittis nostros impetunt. occidentales namque sinu haud quaquam arcubus bella gerunt facile profligati miseri nudi sunt nostrorum testis. Dum eos insequerentur nostri regulum abenamachéi & primarios quosdam capiunt Captio regulo pedes unus: qui uulneratus ab eo fuerat: lacertum abfcidit uno isto gladii. Dicibus tamen inuitis. Erat ibi christianorum numerus cinciter centum quinquaginta. horum dimidiā partem ibi duces reliquerunt: ipsi uero cū ceteris aduerso iterū flumine tendunt linntribus patris nouem quas diximus appellari uru. A rino nigro & insula canna fistula millia passuum septuaginta: reliftis a dextra leuaque pluribus in id maius cadentibus flum inibus: unum capiunt duce incola nudo ducendarum per ea flumina nauium magistro: in cuius ripa ostio ipsius proxima Abibeiba regulus incolis imperabat. loca es

abibebare
gulus.
Domus in
arboribus.

se palustria cognoverunt. Propterea primarium abibeiba reguli atrium in arbore summae edificatum erat. nouum & in suetum habitandi genus: sed adeo proceras arbores terra illa nutrit: ut inter earum ramos edificare domos licet indigenis uti de aliis apud uarios legimus autores qui restituente oceano confugium habebant ad altas arbores: quum refluente piscibus uescerentur reliftis trahibus inter ramos distentis & connexis inuicem: congeriem struunt contra omnem uentorum vim tutam. Putant nostri ob fluminorum aluvias: que ibi crebre sunt: arboreas domos iocolas habere. Estarborum illarum altitudo tanta quod nulla uirilis lacerca uis sit: quae domum edificatam iactu la pidis attingere sufficiat. Nec miror quide: si plinio & auctori bus aliis crediderimus de arboribus indicis: quas adeo proceras esse tradunt ob soli ubertatem & aquarum abundantiam: ut sagitta nequeat superari. Neque enim eius terre campi omnium iudicio cedunt ubertate aut aquarum abundantia ulli telluri: quam sol amblat. Ex illis arboribus plerasque dimensi brachiorum ambitu uiri septem interdum octo stantes uix complexi sunt. In solo tamen cellas habent uinas eo uino: de quo supra diximus: refertas. quia licet uentorum furor minime potis sit domos illas diruere: aut confringere ramos. Conuoluuntur tamen quaevis integras: quacumque flatus trahat: unde uina perturbarentur eo motu. Reliqua secum habent in arboribus. Vina per gradus constructos arbori in hærentes famili ad regulum & primarios prandentes aut coenantes recentia supportant non tardiore gressu: ac pede plano nostri pueri nobis ex abaco mensæ uicino ministrant. Abibeiba arborem nostri aduent. colloquia ineunt petunt nostri ut descendat dato pacis signo. negat abibeiba: ut se uinire sua sorte finant orat. Se post blandicias diruturos arborem a radice: uel igne supposito crematutos: nisi cum omni familia descendant: nostri minantur. Renuente iterum abibeiba securibus impactis arborem quatere incipiunt. Visis ex arbore & salientibus assulis ex sectione: mutauit abibeiba consilium: descendit: sed ipse tantum cum filiis duobus. agunt de pace: deinceps auro colligendo. Se aurum non habere inquit abibeiba: quod auro non indigeat: & se de auro nunquam fuisse sollicitum dicit. Instantibus inquit abibeiba: si tanta est auri uesta cupidas: aurum in uiciniis montibus queritabo: & repertum ad uos feram: gignitur namque in p. ximis montibus aurum. Diem statutus quo reditus eset. nec statuto dic: nec post statutum regressus est abibeiba. Discendunt ergo inde bene saturi dapibus & uino abibeiba: sed minime auro diuites: uti putauerant. Ab abibeiba tamen & dictionariis eius ac filiis de auris fodinis & caribibus siue canibalibus humana carne uesci solitis: de quibus alias latius: illa eadem accepere: quae apud como grum reguli audiuerant. Ad milia. p. iterum triginta circiter ascenderentes in caniballum tuguria: sed uacua penitus cuncta inciderunt. Cu[m] namque sentiret nostros uiciniam perambulare: se fortunasque suas humeris ad montana in tum receperant.

pueroru[m]
leritas

abibeiba
ratio

CREDITI CONTINENTIS.

LIBER QVINTVS.

NTEREA DVM PERFLVVI ORVM RIPAS ISTA GE-

runtur ex iis quos uaschus & colmenares in riuo nigro Abena
machei reguli dictione reliquerant ad terrae custodiam: De-
curio quidam nois raias siue fame cōpulsus: siue qd fatalis esset ei
ille dies cum sociis nouem uiciniam fuit ausus uestigare. Pa-
gum finitimum reguli nomine abraibē adiuit. Raiam ipsum
& duos e sociis abraibēs trucidauit: ceteri aufugerunt. Post
paucos inde dies affinis & uicini abenamachei domo expulsi
cui brachium ut malum malo adderetur: abscondisse pedite
in riuo nigro diximus: Abrāibē misertus profugus nāq ad

Abraibē abenamacheiū cōcesserat: abibēibā arboreum habitatorem conuenit: qui & ip-
se domo extorris nostrorum congressum uitans per deuia montium & siluarum errabat
Abibēbam compellat Abrāibēs in hunc sensum. Quid rei hoc est Abibēba infelix?
Quae gens haec: proh miseris: quae nos tranquilla pace fruentes exagitat? Quousq tan-
dem patiemur horum saeuiciam: nonne satius est emori: quam ea ferre: quae tu: quae Abe-
namacheiū affinis noster: quae cémacchus: quae Careta: quae poñcha: & relíqui nostri or-
dinis príncipes ab his passi sunt: Vxores filiosq: etiam dicionarios captiuos duci: & for-
tunas omnes in predam trahi ante oculos: me nondum attigerunt: sed exemplo aliorum
nō longe abesse meā perniciē aquī est credere. Vires igitur nostras & fortunā experia-
muriā eos: qui abenamacheiū domo expulerunt & male tractarunt. irruamus. iis truci-
dati forte relíqui nos adoriri ultra uerebuntur. & si tentauerint: hos habebimus ex eorū
acie detracitos. Quidquid enenerit & quanímius tolerandum erit. His & huiuscemodi au-
ditis abibēba in abraibēs sententiam it pedibus. Diem ad rem gerendam statuunt: sed eis
mínime successit ad uotum. Ex iis nanq: quos diximus ad canibales usq: ascendisse: redi-
erant ad riuum nigrum forte fortuna ea nocte: quae diem insidiarum præcesserat: uiri tri-
ginta missi in auxiliū relictoru: si qua uis ingrueret de qua suspicabantur. ecce ubi pri-
mum eluxit: reguli cum dicionariis armatis more suo quinq gentis pagum sublato ingle-
ti clamore impetuū de recentibus: quí ea nocte uenerant: insci. Nostrí scutati ad eos p-
deuent. Sagittis primo percutiunt: dehinc hastis: & cominus ensibus strictis irrunt: in ad-
uersos. Gens nuda plures inspectantes hostes q: sibi persuaserat: facile profligatur: trucidata
mittunt: quoscunq: uiuos affecuti sunt. Horum opera utuntur ad agros sementeſq: colen-
das. His actis & pacata ea prouincia redeunt secundo flumine ad darienem: relictis ibi tri-
ginta uiris in prouincia custodiam duce furtado quodam decurione: licet decurioni mo-
re romano nō sint addicti præcise quindeci milites quos regar: centurioniq: cētū uiginti
octo. Centuriones tamen ultro citroq: centenarium numerum: & ultro citro quindenu: z
decurionem est consilium appellare. Nec enim hos seruant ordines hispani examusim:
cogitmur q: nomina rebus & magistratibus dare. Is ergo furtat⁹ decurio & riuo nigro cui
præerat: uiginti e suis sociis & unam feeminam cum captiuis quattuor & uiginti una tan-
tum ingleti linte prouinciali demittebat secundo flumine ad uaschum præfectum & so-
cios. Ecce illos ex transuerso quattuor uru: idest monoxyla impetuū prosternunt. neq:
enim parati descendebant per fluminis alueū: quia nil tale suspicabātur. Lintre nostrorū
inuertūt. trucidat⁹ quos aſsequi possunt. Ceteri obruuntur duob⁹ exceptis: q: ligna qdā cō-
plexi ad socios usq: ab hostiū furore lignorū fascib⁹: qui p: alueum desfluebāt: inuoluti de-

abraibē re
gulus.
raia beata
rio plimis

colloquus
regulorum
de nostris
terris cōfēdis

casus serua
uit nostros

decaturia &
de curia.

Incolarū
in nostros
impetus.

CREDITI CONTINENTIS.

ceptis hostibus evaserunt. Ab his duobus seruatim moniti quid rei hoc sit scrutari omni studio incipiunt. Solliciti de seipso meditantes & sociorum in rivo nigro discrimen: nisi sors recentes illos triginta demissos nocte insidias praecedente ad uitcum appulisset. Cōcilia frequentant. In re tam dubia musitantes quid consilii capiant haud quaquam occurrit. Sagaci tandem in indagine uestigando intellexerunt regulos quinque: puta Abibebam palustris arboris incolam: Cēmacchum uico: quem nostri habitant spoliatum: Abribam & abenamacheium affines riui nigri accolae & Dabribam pectorum anguli sinuatis: quē diximus culatam appellari dominum detruicandis statuto die christianis conuenisse: & quippe cessisset: nisi ueruisser superi. Miraculo ascribitur & quidem non initia: si ple librauerint quoniam pacto sors regulorum cōsilium patefecerit. Auditu dignum est: propterea rem brevibus pandam ordine suo. Vachus ille mutinez: qui magis ut quam suffragiis principatum in dariennenses usurpauerat egregius digladiator: iter multas quas raperat: feminas prouinciales: unam præter ceteras habebat forma eximia. Ad eamibat acrebat frequens germanus eius: qui cēmaccho regulo familiaris erat palatinus: domo & ipse priuatus patria fororis amore stimula tus interloquendum haec uerba protulit. Dillecta mihi foror dilecta ausulta me cis dictis: & celato: quæ referam: si tibi mihi quæ uniuerso etiam generi nostro bene consultum iri desideras. Est horum hominum qui nos auitis laribus propellunt: insolentia tanta: ut nullo pacto eos ferre ultra constituant terræ principes. Dicibus quinque regulis: regulos ordine suo nominatim enumerauit: ad rem gerendam centum esse uru' paratas: mari terraque multitudine armatorum ad quinque millia cogitur. Ad exercitum nutriendum commeatus in uico tichiri coaceruantur. Diuissime etiam regulos inter se ex composito nostrorum & capita & facultates enarrat forori bona frater. Propterea monet ut statuto die in tutum se recipiat: occasione macta aliquam ne in cōfuso trucidetur. Nescit namque uictor miles occurrenti cuiusque ignoroscere: & diem cedi adiecum puella forori patefacit. Puella uero quia ferrum est: quod feminæ obseruat magis quam catonianam grauitatem: siue quæ uaschum amaret: siue quæ ueretet parentuz & propinquorum omnium & uniuersæ uiciniaz obliterat: regulorum etiam quibus gladium iugulo tenus imposuit: uasco rem omninem aperuit. nil corum prætermisit: quæ imprudens germanus disseruerat. Re intellecta datur opera per futuram ut frater reuertatur. Accitus a forore illico regressus est. Capitur. fateri cogitur. Cēmacchum Regulum herum suum quattuor illas uru' ad nostrorum perniciem mississe cemachi quæ consilio paratas esse insidias aperte fatetur. Struxisse etiam cēmacchum particulatim interitum ipsi uasco: dato in mandatis quadraginta dicionaris suis: quos in amicizie pignus ad uaschum miserat ad colendum uaschi agros serendos more patris ut marris interficerent. Solebat uasco: ad refosores: uti moris est bonorum & economiorum quo animum preberet ad laborem ferendum. Dicionaris tamen heri reguli mandatum exequi haud quaquam sunt: quia nunquam pedes aut inermis ad eos profectus esset uasco. Equam namque habebat: qua uisebat agricolas: & lanceam dextra gestabat semper suo patro more. Quare frustratus particulari consilio cēmacchus hoc ultimum aggressus est sibi uniuersis quæ finitimi pernici osun. Coniuratione namque patefacta uasco ipse septuaginta uocat uiros: se sequantur edicit. Quo tendat: quid ue statuerat nemini palam facit. Ad cēmacchum primo tendit: q agebat abi ipsiis millia. p. decem. Sed esse apud dabibam palustrem culatæ regulum profugum intellexit. Sacchum eius fdest primarium affinem palatinum: sic enim primarios appellant: uti regulos chebbi cum ceteris familiaribus præhendit. captiuos ducit. Aliquot ibi tam mares quæ feminas reperiit. Eadem hora qua ipse Cēmacchum quæsturns pedem et terra mouit: Rodericus colmenares aqua aduerso flumine cum uru' quatuor & uiris sexaginta duce puerilæ fratre tetendit. Vicuum adoratur Tichiri appellatum: in quo diximus cogi cōmeatus ad alendum exercitū. Vicu' occupat. Quicquid ibi coaceruatū erat: puta nī ni diuersorum colorū: uti apud comogru' diximus: & ex omni genere panis reliquorū

oto patera
ctoris cōsu
rationis,

bellus re
gulorū ap
paratus.
p feminam
detegit cō
surgit.

quid put
deatur itel
lecta cōsu
ratione.

cōluratorū
copiacapit

Lichiri lo
cus saturū
predam.

LIBER SEXTVS.

edulium prouincialium: in suam potestatem reducit. Saccum tirichēsem: cuius ueluti per prætorem exercitus res patranda erat: una & quatuor primarios præhendit. Imperatos nanḡ reperit. Suspensum ab arbore: quam ipse coluerat: sacchum sagittis configi ante oculos incolarum: & primarios patibulis colligari iussit Colmenares ad aliorum exemplum. Hac pena coniuratis illata formidine tanta repleuit prouinciam uniuersam: quoniam illus est tam: qui audeat erigere uel dígitum contra torrentem nostrorum iram. Pacato iam uiuunt. Subdunt colla libentes cæteri reguli: neq; ultra se uitum est in reliquos. Ex hostium horreis & cellis uinariis refertis in Tiricheni uico geniales egerunt dies aliquot.

prefect⁹ ex
erict⁹ regu
lorū gemit⁹.

CREDITI CONTINENTIS LIBER SEXTVS.



OST HAEC VOCATIS IN CONCIONEM SOCIIS omnium suffragiis sanctum est: ut procurator aliquis ad his paniolam unde Ius & auxilia expectant: deinde in hispaniam ad regem mittendus delegatur: qui seriem rerum omnium admiranto & gubernatoribus regi deinde proponat: nitaturq; regi persuadere de mittendis mille hominibus illis: quos iuuenis comogreus ad traiciendos montes australem plagam ab eis dirimētes opus esse dixerat. Ambiuit sibi Vaschus nūn̄e procuratorum id munus: sed minime sociorum suffragiis id assequi potuit: neq; factionarii eius assensi sunt: ut inde discederet: cum quia se desertos arbitrarentur: tū etiam quia immurmurabant omnes Vaschum si semel inde euaderet: ad eam calamitatum combustionem nunq; redditum exemplo ualdui ac zamudii quos a mense Ianuario miserant: putabātq; deliberto non uiuisse reuerti. Sed alter: uti suo loco dicemus: res se habebat: nam perierant. Scrutiniis igitur uariis inter se diu contendunt. Deligunt tandem Ioannem quēdam. Quicēdum uirū grauem & maturum ætate fisci regii quæstorem in illis terris. In hoc quicēdo fidem habebant summam de re bene gerenda. De redditu etiam quia uxorem ad eas regiones secū duxerat: quam in pignus sui regressus in sociorum potestate relinquebat. Quicēdo electio de collega illi præbendo diuersæ surgunt sententiae. Maximo esse discriminis inquit aliqui rem tantam locare in unius uiri manibus: non q; quicēdo diffidant: sed quia sit uita hominum fragilis ipsi præcipue iam æquinoctiali uicissim temporei assuetis: si cogantur ad septentrionem reuerti ad uarias aeris & ciborum mutationes. Dandum ergo esse collegam quicēdo censem: ut uno deficiente: quod facile potest accidere: supersit alter: ut q; duorum relatui si ambo euaserint: firmior a rege fides adhibeatur. In diuersa studia re distendunt. Sors tandem in Rodericum colmenarem: de quo se plementio fecimus: cecidit: quia polleret rerum experientia. Percurrerat nang; ab adolescentia ac iuuentute mari acterris europam uniuersam: & tertim in italia gestarum in gallos fuerat particeps. Non infirmior tamen illis causa uisa est: qua sperare deberent colmenarem si uiueret rediturum: q; in dariene maxima sibi prædia comparasset: maximisq; fermentes factas relinqueret: quibus uendendis siccо pede speraret se aurum promercale a sociis consecutum. Reliquit igitur curam rerum suarum contubernali cuidam suo matritensi municipali alfonso mei hospitis filio unico nūn̄e nomine: qui iuris dicendi prætor erat. & fere sociorum suffragiis fuerat procurator electus pro contubernali colmenare: perfectumq; fuisset: nisi sponsam nūn̄e ipsum habere matriti & sociis unus patefecisset. Veriti namq; sunt ne sponsæ lachrymis deuinceretur: & abiect non redditurus. Colmenare igitur liberu uiro electo quicēdi collega: bergantinū ambo: neq; enī grandius ī ullū nauigiaz⁹

ad regē nū
eis deligūt

alfosus nū
neq;

quicēdus⁹
colmenares
nūn̄e ad
gem.

CREDITI CONTINENTIS

habebant: ingrediuntur quarto calendas nouembris anni Duodecimi supra quingen-
 tessimum & millesimum a nostra redemptione. Ex itinere uariis agitati tempestatibus:
 uiuentorum proiecti sunt ad occidentale littus eius uastae insulae diu creditae continen-
 tis: quam in prima decade Cubâ diximus appellari. Egestate iam summa premebantur
 ob diuturnitatem temporis. Agebatur namq; tertius iam mensis a discessu a sociis. terra;
 captare coguntur: ut si qua reperiant: ab indigenis auxilium experiantur. Forte ad eam
 eius insula oram appulsi sunt: in qua & ualduia tempestatibus quassatus terram capta-
 uerat. Proh miseris! Expectate darienses ualdi' uiam: ut uestris ærumnis mederetur: mis-
 sum: expectate. Appulsum cubenses incole cum sociis omnibus ad unum trucidarunt: &
 discriptam in littore caravellam qua uehebantur reliquerunt. Super repertas quasdam
 caravellæ tabulas arena semiobrutas ualduiam & socios deplorarunt. Cadaver nullum
 offenderunt: putant uel in mare projecta: uel caniballibus edenda præbuisse recentia. Eas
 nanc; regiones canibales sæpe incursitant edendorum hominum causa. Ab insularibus
 duobus: quos deprehenderunt: ualduiam intellexerunt perniciem: auri etiam cupidita-
 te: quod habere ualduiam incole ab loquace e sociis uno cognoverant: pellectos depatræ
 do tanto scelere cogitasse suos conterraneos duo illi professi sunt: aureis nanc; & isti mo-
 nilibus oblectantur. Truculenta sorte percussi quia præcipue frustra sociorum ultioni in-
 tendissent: aufugere crudeles terras & auaram nudorum hominum sauvicam constitu-
 unt. Iter ergo suum mœsti ob casum sociorum penuria rerum laborantes prosequitur.
 Præf; cubælatus illud meridionale superarent: mille illis aduersi casus acciderunt: & fo-
 gedam intellexerunt appulsum: & ipsum per ea littora infelicissimam transegisse uitæ
 tempestatibus quassatum aiunt: per mille amfractus ærumnarum mille genera fuisse per
 pessum: de hinc pene solum sociis amissis uelfame anhelantibus in diuersa relictis uix ul-
 uum ad hispaniolam deuestum: ueneniq; tandem atrocitate ex illo vulnere: quo percus-
 sum diximus ab incola urabenisi profecisse animam. Ancisus uero prætor electus secun-
 diore fortuna terras easdem peragruit. Se optatos uentos inter ea littora offendisse mihi
 assensus est in curia: & ab incolis cubæ se fuisse benigne suscepimus iactitauit: sed in Caci-
 chi cuiusdam præcipue dominatu cui nomen est commendatori. Is cum baptizari a tran-
 seuntibus christianis peteret: quo nomine hispaniolæ uicina insulae gubernator appel-
 laretur interrogans: commendatorem nominari audiuit. Erat enim eo tempore quo is
 uoluit baptizari gubernator quidam egregius uir ordinis equestris militie calatraue:
 Cuius institutionis equites commendatores appellantur. Optauit propterea cacicus
 ille id est regulus appellari commendator. Commendator igitur iste insularis Ancisum
 ad se appulsum benigne suscepit hospitio: & oppuleuit necessariis adiuctum: sed quid de
 religione sanctimoniamq; ibi ancisus seruari dídiciterit ab incolis: tu sanctissime pater: cu-
 ius dextræ religionem sanctimoniamq; induimus accipito. Nautam ignotum male se ha-
 bentem per cubensis littora facientes iter e nostris quidam reliquerant apud commenda-
 torem regulum. Nauta in honore habitus a regulo & eius dictionariis ualeudine recupe-
 rata commendatoris præfecturam in bellis gerendis sæpe exercuit: mutuis nanc; se in-
 uitucem confidunt præliis: & uictor euasit semper. Is licet litterarum ignarus bono animo
 uir: Beatam uirginem dei param plentissime colebat: & secum perpetuo constitutum in pe-
 store uirginis ipsius in charta pulchre depictum gestabat simulachrum. eam pietatem ui-
 storiam sibi semper peperisse commendatori significauit: atq; una commendatori per-
 suasit abiiciendos esse cemes omnes: quos ipsi colerent: quia nocturnos lemures anima-
 rum nostrarum uoratores infernissimos referrent: beatam q; uirginem dei param patro-
 nam sumerent: si felici ductu res suas oës bello & pace iri gubernatū optarent. Defuturā
 nullo tpe uirginē dei parā: si corde pio numē eis inuocauerint: facile nudis gētibus nanta
 persuaserit. Virginis ergo simulachru regulo rogatē dono dedit: cui & ædem & altare dica-
 uit: cœmib; quos auitos colebat posthabitatis. De cœmib; pater beatissime ex goſampino

tristis
erroris mar-

valdus et
socii iter
nies a cu-
bensibus.

sogede na-
uigatio et
teritus.

de cōmēda
tore cubēsi
regulo.

LIBER SEXTVS

ad nocturnorum lemorum: quos familiariſter paſſim uident & alloquuntur ſimilitudine contextos: & eodem goſſampino in miram duricem interius confitipatos: in decimo noſtræ decadis libello latiflame. Ex naute inſtituto ſole uergente ad occaſum commenda tor ille regulus & uniuersi eius dieforarii utriuſq; ſexu domum maria uirginis dicatam adeunt cotidie. Ingressi flexis genibus capite reuerenter obſtipo & manibus iunctis ſi mulachrum hi uerbiſ multiplicato falutant: aue maria aue maria. Pauci nancq; ex eiſ plura proferre eius orationis uerba didecerunt. Anciſum itaq; & ſocios aduenientes dextra pre hensos ad dicatam domuſ alacres diuunt. Se illis mira oſtenturos inquiunt. Simulachruſ digito monſtrauerunt monilibus & ſiciliuſ uafis edulis & aqua plenis per podia circa ſeptum. Hæc nancq; ſimulachro ſacrifici loco donant ex auita religione erga cemes. in quiunt ea ſe ſimulachro p̄ebere: ne ſi fame urgeatur: deſint cibaria. fame urgeri poſſe ſi mulachrum in teſto ſenſu putant. Sed quid auxiliū ſimulachri numine hoc eſt a Beata uirgine ſe fateantur habuiſſe auditu pulcherrimum eſt: & medius fidius beatissime paſter pro certo habendum. tantus eſt enim ex noſtrorum relatu pietatis erga dei param uirginem in hiſ ſimpliſibus incolis feruor: ut ad ſe laborantes in prælio p̄aeſpue cōtra fuos hostes: pene dixerim: cogant e cœlo deſcendere. quandoquidem precium: quo emere iſipsum & ſuos ccelites poſſimus reliquit hominibus deus: pium ſcilicet amorem & charitatē ardentem. Quo nam igitur pacto poterit uollo tempore deeffe beata uirgo: p̄aeſdiū ei⁹ pura fide inuocatibus: Anciſo & ſociis commendator & palatini eius omnes aſſeuerant: conſerta manu nauta duce ſimulachrum portante ſecum: cemes hostium in conſpectu ſimulachri uirginei omniuſis rem inuitetibus uera facie intremuiſſe. Cemes enim quiq; ſuos ad præliu in auxiliu portant. Nec ſimulachrum modo ſed uiuētem feſti nam candidiſ uestibus pulchre amictam pugna tempore auxilia ferentem in hostes ſe uidiſſe aſſenerant. Fatentur itidem hostes ex aduerso ſceptratam & minacem apparuuiſſe ſuis hostibus fauentem mulierem: caius aspectu p̄recordia ſibi horrefereſe ſentiebant. Poſteua uero q̄ abſuit nauta ab adeuentibus ea littora christianiſ ſuceptus nauigio: ſeruauit ad unguem naute inſtituta ſe cōmendantor fatetur. Cum ſinitimiſ exortam eſſe diram contentionez de cemib⁹ rettulit: puta qui nam cemes eſſet alio ſanctori ac potentiori: ſi perq; hac diſceptatione certatum fuiffe aperio marte ſæpius cum ſinitimiſ: ſed beata uirginem defuiffi quanq;: quiq; ingruente certamine affuerit: attuleritq; cōtra maximas hoſtium copias parua manu facilem uictoram. Quib⁹ uerbiſ clamore ſublati in hostes irruerent interrogati: ſe nil aliud unq; ex naute doctrina protuliffe: q̄ ſancta maria adiuua nos: ſancta maria adiuua nos idiomate tamē castellano. Id enim in omnium ore liquide prolatum nauta reliquerat. Dum ita ſe inuicem crudeliter trucidarent: pacto federe conuentum eſt: non ut singulari electorum ex utroq; exercitu certamine: ut ſæpe romani: multiq; alii contingit apud antiquos: aut laici aliquo conſilio res decernereſt: ſed ut alterne ex utroq; populo manib⁹ poſterga ligatis: & ad uiuēntis arbitriū poſterga innodatiſ uiuēntis in aperto agro ſinguli uiuenes ſiſtentur: eumq; meliorē tem eſſe cemen aduersi annuerent: qui ſuę partis colligatum uiuēnem celerius liberaret Sancito ſeedere uiuenes alterne uiuēnt duos: commendatorianū aduersum: aduersi ueſto commendatorianū: ter idem tentaffe inquiunt: terq; inuocatum ſui cemis dæmonē ad ligatum ex aduerso accurriffe utroq; uiuēto inſpectante. Sed proclamante commendatoriano auerſtam appealationem Sancta maria adiuua me Sancta maria adiuua me: ad uentaffe illico candidatam uirginem: & fugato dæmonē imposita uirga: quam manu geſtabat: in commendatorianū uiuēnta ſolutū ſubito fuiffe ante alterius oculos cōmendantori anum: transiſſeq; in aduersum ea uiuēnta: quibus erat cōmendantorian⁹ ab hoſtib⁹ inoſtus: ita q̄ hoſtis repererint liberatū aduerſe partis uiuēnē: ſiu⁹ nero duplicitib⁹ aſtrictū uiuēntis. Sed neq; hiſ cōtentos referunt hoſtis: p̄aſtigiiſ nancq; idagi humanis arguant: nō melioris numinis aduenientis potestate. Vt igitur uiri graues etate ac morib⁹ pol-

mira de re
ligione cu
benſum
enclis ho
norifice ſu
cipitur

mira ſim
plicia in
colarum.

preliſ quo
deus e lug
emuntur.
Miracula
pugne tpe.

nota lector
q̄taſtis pure
ſidel uche
mentis.

CREDITICONTENTIS.

lentes ab utroq; populo quatuor assint in prospectu ligandorum iuuenum: qui an fraus
 insit: nec ne: difudicent: expostularunt hostes: o simplicem: o puram animorum benigni-
 tatem: o auream: o beatam simplicitatem: annuit hostium postulatis cum suis familiaris-
 bus commendator ea fide: qua petuisse salutem sanguinis alluvie ualeitudinariam: qua pe-
 trum cuius tu beatissime pater uicem geris: siccis pedibus niso domino fluctus calcasse di-
 dicimus: fidelis facitur: uincit futurum iuuenes uiris grauibus octo astantibus. statuto limite lo-
 cantur. Dato signo sumum quisq; cemen appellat: in auxilium vocat: aduentantem sui ce-
 mis dæmones caudatum: hiatu uasto dentatum: cornutum: Cemen ipsum manufactum
 emulante & ligati & spectantes cernunt uolentem e uinculis iam soluere sibi dicatum
 iuuenem. Ad proclamatris commēdatorianuocem præsto fuit beata uirgo: uiris graui-
 bus protentis oculis ad rem tendentibus animum: afflcta facit uirga in aduersum fugas-
 to dæmonem transilire sui clientis uincula. Perculsi tanto miraculo commendatoris hostes
 uirginis cemen suo ceme digniorem esse fatentur. Eius rei argumentum est: quod au-
 ditio christianorum appulsi ad eas terras: pagani commendatori finitiimi: qui cum eo ca-
 pitalia odia exercuerant: & sepe confluxerant: oratores ad ancisum miserunt rogatus: ut
 sacerdotes ire iuberet: qui eos baptizarent. Duos quos secum habebat ancisus proprie-
 mittit. Centum triginta uno die ex cōmendatoris quondam hostibus: tunc camicis & affi-
 nibus baptizarūt. Gallinaceum genus apud hos incolas nostrorum industria coaluisse di-
 ximus. Quicunq; ad baptisnum confluxerat: sacerdotibus gallinam offerebat aut gal-
 lum: caponem haud quaç;. Neq; enim: ut capones efficiant: castrare pullos adhuc didi-
 cerunt. Salsos etiam pisces & ex pane recentes afferebat quisq; placentas una' cum altili-
 bus. Redeunt ad littus sacerdotes illos sex homines ex baptizatis munieribus onusti co-
 mitati sunt: quibus lautum pascha pergerunt. Ante lazari nanc; dominicu; diem biduo
 tantum ex Dariente discesserant: & vltimum cubæ angulum cuneatum ab oriente hispani-
 olæ uincim; eo tempore abradebant. Commendatori rogatu relictus est apud eū unus
 & sociis libens tamen: non alia de causa: quā ut ipsum dicionarioſq; suos & finitiimos si ac-
 cesserint: angelicam salutationem edoceat. Arbitrantur nanc; se maiori cura fore numis-
 ni deiparæ uirginis: quo plura eius orationis uerba didicerint. Assensus est ancisus com-
 mendatori: & his actis iter suum ad hispaniolam: cui iam proximus erat: prosecutus est.
 De hinc ad regem in ualladolæto morantem se contulit: ubi mecum uerfatus est familia
 riter: & in uaschum nūnq; gladiatorem acriter concitauit: promulgataq; fuit in eum ad
 uersa sententia anciso procurante. Hæc uolu; beatissime pater de incollarum religione re-
 censuſſe: que non ab anciso solum uerum etiam a pluribus aliis autoritate pollentib; ui-
 ris scrutatus sum. Quo intelligat beatitudo tua: quam docile sit hoc genus hominū: quā
 q; facilis pateat eis ad nostræ religionis ritus imbuendos aditus. Nequeunt ista fieri re-
 pente. Paulatim ad christi legem euangelicam in cuius culmine sedes: trahentur omnes:
 & tu gregis oues multiplicatas in dies magis ac magis beatissime pater intelliges. Ia-
 dicienenses procuratores repeatantur.

CREDITICONTENTIS-LIBER SEPTIMVS.



q̄ nūcīloa
 rīēles cu
 rīā ingressi
 sint.

ST AB DARIE NE AD HISSANOLAM OCTO DIERV M ET
 interdū breuior: si flauerit in puppim placidi uēti nauigatio. Eam nix cē-
 tum dieb; procellarū causa procuratores peregerūt. Paucos nanc; dies in
 hispaniola cōmorati mandatis almirante & gubernatorib; expositis pa-
 ratas ipsiſ ad æditib; mercatorias naues: que frequētes ad hispaniolā eūt
 & redeunt: ascenderunt. nec ante K' maii alterius anni ab eorū discessu ex
 dariene ad curiā pfecti sunt. Duo igitur darienensiū procuratores quiccedus & colmenares
 mēse maio ani. xiii. & quigētissimi a millesimo curiā ingessi sunt. Ioannes uero fonseca

LIBER SEPTIMVS.

cui ab initio curandæ negotiacionis huius fuit onus demandatum: quæ ob fida in reges obsequia in pacem: de hinc cordubensem: post palantinum & una Rosanū Antistitem aliis pontifices: nunc tua sanctitas in burgensem erexitis: & quia sit regie domus capella generalis comitatum creatis: uenientes Quiccedum & Colmenarem ab orbe diuerso a gentibus nudis a terris alias ignotis suscepit honorisfice. Burgensis ergo antistitis patro cito Quiccedus & Colmenares a catholico Rege audiuntur. Quæ attulerunt regi palatinis & omnibus auditu grata fuerunt ob terū nouitatē: & apud me se pecotubernati sunt. Da- riennensis aeris inclemētia horum uultus testantur. flauescunt namq; similes itericis & turgescunt: sed ipsi præterita id ascribunt egestati. Ab iis procuratoriis & anciso zamu dioq; altero etiāz baccallario iurisperito qui bacca dicebatur: & terras illas peragruerat: & a Vincentio annezi nauium patrono littorum omnium illorum perito: & alfonso nigno multis præterea gregariis: qui ductu eorū eas oras ad nauigauerat: quæcūq; gesta sunt in tellexi. nullus nanq; ad curiam rediit unq;: qui non fuerit delectatus & uoce sua & scriptis mihi quecūq; ipsi dīdicissent: patefacere. Ego nero e multis quæ quisq; mihi re cestus prætermisssis memoratu minime dignis illa tantum colligo: quæ meo iudicio fas factura historiæ amatoribus arbitror. In tanta quippe rerum magnitudine multa ne cessario emergunt: quæ ne nimis longa texatur oratio prætereunda iudico. Sed ad effe ctum: quæ procuratorum aduētus pepererit: ueniamus. Prīusq; iis procuratores aduentarēt fama relatum erat primarios illos præfectos Nicuēsam & fogēdam Ioannem etiam a cos fa tanti momenti uirum: ut Regio diplomate nauium magister appellatus sit regius: infelici sorte periisse. Dissidereq; inter se paucos illos superstites in dariēne: ita ut neq; trahēdis ad fidem nostram simplicibus illis gentibus studeretur: neq; de vestiganda natura ter riarum curam gererent: fuit consilium mittere ducē: qui rem deperditaz sublato imperio iis qui in iussu regio imperiū usurpauerant: restitueret. Eligitur ad prouinciam hāc capes sendam petrus Arias Abulensis ciuīs autem segouensis cui est inter hispanos ātonoma sice nomeū inditum iustatori: quia egregius fuerit a iuuentute hastilus. Vulgato per p curatores Dariennenses in curia quanti momenti res sit: tollere Petro ariæ ducati & maz nibus multi apud regem pertinaciter institerunt. At capellanus maior Burgensis Antistes cuia interest: ut iam diximus: huic negocio laboranti prebere remedia: regem adiens re intellecta his uerbis compellauit. Quando quidem petrus arias fortis animo Rex catholi ce tuæ maiestati sub incerta spe lucrī per certa discrimina trahendā obtulit uitā: sciamusq; longo experimento militibus regendis aptum esse: sed in africanis certaminibus præcipue: in quibus se gesit uti strenuum decet militem: & sagacē militiæ præfetiū oportuit: impiū fore iudicare si cuiuscq; alterius auaricia tantum excitati causa hic exautoraretur. Eat uir bonus iste dextris ausbus: eat tuæ maiestati fidelis alumnus in Regia educatus a te neris. Ex burgensis igitur episcopi consilio Rex petri ariæ cum amplioribus mādatis fir maut electionem. Mille ducentos bello aptos milites stipendio regio burgensis episco pus conserbit Petro ariæ. Ex iis plerosq; duxite curia: discessitq; ex valladoleto cīciter calendis octobris anni tertii decimū supra quingentesimū a millesimo hispalim urbem uulgo Siziliam appellatam multitudine ciuiū et opulentia insignez profecturus: ubi per Regios magistratus & militum supplementum: & commeatus: reliqua etiam ad rem tan tā facientia sunt illi tribuenda. habet enim rex in ea urbe ad oceanā tantum negotia do mū erecta: ad quam euentes redeuntesq; negotiatores confluunt de iis quæ ad nouas terras important: deḡ auro inde relato rationem præbūti. Domum uocant indicē con tractationis. Reperit Petrus arias Hispalē coasta iuuenū duo millia amplius: Auarorum etiam senum non exiguum numerum. E quibus multi se se Petrum ariam propria pecu nia sine stipendio regio fecuturos obtulerunt. Sed ne nimium destinata nauigia onera re tur: neue commeatus aliquando deficeret: traicīcē libertas ablata est. Est præterea cau

Fōeca ad
ministrator.

petrus ari
as eligitur
mitied⁹ ad
barrenem.

burgensis fa
uet.p.arsē.

virtus bur
gensis.

militi⁹ des
gnatorum
numerus.

indice con
tractationis
domus.

CREDITI CONTINENTIS.

Furor ea tum ne alienigena quisq; in iussu regio commisceretur hispanis. Propterea fui admiratus
 dum nullus. Aloisium quendam cadamustum venetum scriptorem rerum Portugalensium ita perficata fratre
 scripsisse de rebus castellaniis fecimus uidimus iurimus: que nec fecit unq; nec ue-
 nus quisq; uidit. ex tribus mense decadis primis libellis: ad cardinalem Ascanium & Arcim-
 boldum: quibus eram conterraneus: quando illa siebant: scriptitata: ea excerpserit & suffici-
 ratus est: existimans nostra nunq; proditura in publico: Potuit & forte apud oratorem alii
 qui venetum in eos libellos incidisse. Celebres namq; uiri ab illustrissimo senatu illo mis-
 si sunt ad reges hos catholicos: quibus ego ipse illa ostendebam libens: utq; exemplaria
 ab eis carente facile assentiebar. Vt cuncti sit bonus uir Aloisius cadamustus alieni labo-
 ris fructum sibi studuit uendicare. De portugalenium inuentis: que quidem admiranda
 sunt: at uisa: uti ait: annotauerit: an ab alterius eodem modo uigilis subtraxerit: non est me-
 um vestigare. Vixit & ipse marte suo. Nullus ergo mare descendit in ea militum copia:
 qui non fuerita regis magistratibus conscriptus. Censi tamen sunt extra ordinem plae-
 riq; inter quos & iuuenis quidam nomine Franciscus cottacoterraneus meus: sed adepto
 meo supplicatu diplomate regio: quo ut illum adueniam cum Petro atra traiecte sine-
 rent: magistratibus imperabat. Alter haud quaquam licuisse. Eat ergo cadamustus uenit
 & se cuncta uidisse scribat: cum sex & uiginti annorum: quibus huic catholico regi non ma-
 le gratus semper astuti autoritas uix valuerit ad impetrandum de trasitu aduenae diploma.
 Ex genuis suis aliquibus Sed quidem paucis obalmarantum primi earum terrarum re-
 perforis filium ea impenditur uenia. Ceteris minime. Concedit igitur mare Petrus atra
 as per Betim hispalim interuentem secundo flumine circiter anni priscipium Millesimi
 quingentesimi quarti decimi: sed male auspicio soluit. Tanta classem etenim pestas ador-
 ta est: ut nauis duas discerpserit. & e reliquis deinceps in mare comedatuum partem ad na-
 ues exonerandas fuerint coacti. Superfites ad hispana litora retrocesserunt. Sed illisco
 a Regis magistratibus refecti remissi sunt. Praetoriat naus iussu regio magister naucler,
 erat Io. vespucius florentinus americus uestitus de quo supra nepos cui patruus heredita-
 tiam reliquit artis naucleriae graduumq; calculi pittiam. Secundioribus uentis ex hispanio
 la relatim est oceanum illos suscepisse. Veniens namq; nuditaria nauis lame captare no-
 lentis hispaniole vicinas insulas eos offendit. Inter ea tamē dum stimulatores mei Gale-
 acius Butragarius & Ioannes cursius tuus sanctitatis studiosissimi paratum se here tabellari-
 latum: qui nostras has oceaneas male comptas nescides sit delatur? ad beatitudinem tu-
 am ne tempus teramus in casum: pleraque alia postergata: memoratu digna tamen iudi-
 clo meo licet non locata suis sedibus recenzebo. Petrus is arias ductor uxore habet cui no-
 men est elisabeth a boadilla ex fratre nepte Boadilla marchionissa amoia: que virbe se
 gouiam fernando & helisabethae regibus portugalenibus castellam inuidentibus tradi-
 dit. Vnde uires ad resistendum primo: de hincad bellum aperto marte portugalenibus
 inferendum propulsandoq; ipsos sumplerunt: ob thesauros quos ibi Enricus rex helisa
 betha Regina frater coegerat. Bello & pace marchionissa haec dum uiueret: uirilem ostē-
 dit animū: & eius cōsilio praeclaras multa gesta sunt in castella. Huius est neptis ex fratre pe-
 tri ariæ vxor. Amita magnanimitate neptis emulata discedere ad ignotas orbis oras &
 oratio uxori
 rīs p. arie. rīas terrarū pelagiq; discursus parantem se maritum his uerbis compellat. Dilecte con-
 fux. Maritali iugo nos fuisse a fluenti nostra coniunctos hac legi arbitror: ut una non
 seiunctum uitam ageremus: quacunq; te fata trahent: siue per undos oceanii furores si-
 ue per horrenda terrarum discrimina comitem me tibi futuram scito. nullum mihi po-
 test periculum imminentia a deo atrox: nullum genus mortis occurtere: quod mihi non sit
 multo lenius perferendum: quā a te tanta locoru intercedere me semota uiuere. Emo-
 tissemel satius est: & in mare piscibus: aut in terram cannibalibus uorandā prosci: q; cō-
 tinuo luctu & perpetuo mærore non mariti sed mariti litteras expectando cōtabescere.
 Mea est haec non temerarie: non extempore: non fœmineo raptu excoxitata: sed mature.

LIBER SEPTIMVs.

liberata sententia, utrum malis eligito, uel fugulū mihi gladio impete: uel meis postulatis af
 sentire. Nec filiorū quos dens nobis præstitit: (quattuor enim mares & foeminas totidē
 reliquerunt:) uel momēto me retardabunt. Autas illis & dotalis opes: quibus queant in
 ter sui ordinis equites uitam agere et relinquentur. De cetero nil mihi curae. Hæc ubi uiriz
 lis anīmī matrona differuit: uidens maritus fixum uxoris anīmū ad ea perficienda: quæ
 dixerat: contraire postulatis minime ausus est: sed uxoris tanta propositum commendaz
 Secuta est ergo uti suum Ipsycrateia scissis crinibus mithridatē. Amat uiuum hæc: uti
 mortuum Alicarnasea caria: mausolum suum artemisia. Intelleximusq; non infirmiore
 pectori oceania murmurata helisabetham boadillam generosam molli pluma: ut est in p
 uerbio: educatam perferre: ac maritum aut e nautis inter marinos fluctus educatis quen
 quam. Sunt & alia e postergatis quæ referam. In prima decade mentio facta est non uul
 garis de vincentio annez pīnzonō. Is Christoforo colono genuensi postea almiranto
 in prima nauigatione fuerat comes: per se & pecunia sua postmodū cū diplomate ac ues
 nica regia: uti est in decade: uno tantum nauigio explorauit. Anno priore a discessu ducū
 Nicuēse & fogedæ: iterū tertio tractus illos percurrit ex hispaniola. Hic vincentius an
 nez meridionale cubæ latus uniuersum ab oriente perlustrauit ad occidentem: & cubam
 a multis ad ea usq; tempora ob suam longitudinem continentē putatam circuūuit: itidem
 & alii plures se fecisse aiunt. Vincentius annez cogitò iam experimento patenti cubam
 esse insulam processit ulterius: & terras alias ad occidentē cubæ offendit: sed tactas prius
 ab almiranto. Quare implicitus noua terra in laeum conuersus illius terræ littora p orie
 tem abradens Berague vrbæ & cuchi baco sinuum fauces transgrediens ad regionem
 quā diximus in decade pariam appellari: & os draconis nauim suam qua uehebatur ap
 pliuit ingressusq; est uastum sinum a colono tactu dulcium aquarū & piscium copia insula
 rumq; multitudine celebrem: ab oriente a curiā distante in illaria centū triginta cir
 citer: in quo tractū sunt medīcē cumā & manacapāna: quibus principatū de margaritis
 placiq; donat nō curiāne. Fatti certiores de nostrorū adiutū regionis ei⁹ reguli: qui chia
 cohes ut in hispaniō cacicchi appellantur: exploratum mittunt: quæ gens hæc noua sit:
 quid ue noui afferat: quid uelit: atq; una lntres unsilignas quæ monoxyla esse dixim⁹ in
 decade uti de canois hispaniolæ parari iubent armatas. lntres isti chicos appellant. Stu
 puerunt quippe uissi elūs uauis potentis uelis: neq; enim ipsi uelis utitur ullis: & si ute
 rerentur exiguis uti opus esset ob lntriū angustias. Suis ergo monoxyllis plurib⁹ ad na
 uim necis sagittis ausu temerario nostros adhuc spondarum repagulo: uti mēnibus tu
 tos configere aut perterrefacere existimarent. Nostri bombardas in illos excutiunt qua
 rum tonitrib⁹ & vasta strage: quando feriebat: attoniti se se ipsi profligarunt. Dispersos
 & fugientes nostri per nauis cymbam scrutoriam assequuntur: & trucidant quosdam plu
 res capiunt. His intellectis & tormentorum mugitibus auditis reguli oratores ad vincen
 tium annez mittunt ueriti uicorum suorum direptionem & hominū interniciē: si descē
 derent irati ex nau. Pacem orant quantū per signa & nutus colligere possunt. Neq; enī
 uerbum ullum nostri se intellectis fatentur. In pacis optatē signū nostros egregitis mu
 neribus donarunt: ut pote aurī tribus millibus ponderis eius: quod numimū castellanum
 uocari dixim⁹: uulgo pesum appellatum: & pleno masculi thuris præstissimi ligneo do
 lio librarum octūn cialium círciter bis millium sexcentarum: quare thuris feracem esse
 terram cognoverunt. Neq; enim incolis parix cum fabrēs est quicq; commerciis: quip
 pe quibus nihil penitus notum est extra sua littora. Cumq; auto et thure et panonibus pa
 triis a nostris tamen dissimilibus colorum uarietate foeminas uivas ad sobolem nouarū
 uolucrum procreandam in hispania & e masculis numerū ingētem ad præsentem edēdi
 usum præbuerunt. Supellectilia etiam goffāpīna quædā ad domorum ornatū pro aulæs
 miris modis & colorib⁹ diuersis laborata: quibus erat pendula sparsim per simbris ap
 pesa aurea tintinabula id genus: quod uulgas italum uocat sonaglios: hispanū cascœules

sequist
ritum vox

efrei ueliss
cata cuba.
efser⁹ vi
eccl annes

Fer⁹ spē⁹
agrestis in
nostros.
profligant
uocolis.

Thurisera
regio.

varis paue
nes.

CREDITI CONTINENTIS.

psitacorū loquaces quoq; psittacos uariis coloribus quotquot placuitas portare: est nāq; psitacorū
 multitudō apud parisenes non minor copia quā apud nos palumbium aut passercularum. Hos in
 varia colas omnes genuit tenus mares: scēmīnas surarum ten⁹ goſſampin⁹ uestib⁹ amictos sim
 plicibus repererunt. Sed uiros more turcarum iſuto minutum goſſipio ad bellī usum di-
 protestatio de nouis nomīnib⁹. Dicō goſſipium id lauginīs genūs quod alias bombicinū appellatione uel-
 gari itala dixi: Aſcripturī ne ſint ignorantiae: an incuria pleraq; ſimilia latinissimi uiri
 qui adrianū incolunt aut lygūſtīcū: ſi ad eorum manus noſtra decuererint aliquando:
 uti, primā decadē uidimus nobis in consultis impressorum prelis ſubpoſitam: neutrō
 cruciari statuo ad ſumnum: voloq; ſciant me in ſubrem eſſe: non latium & longe alatio
 natum: quia mediolanī: & longissime uitam egifſe: quia in hispania. Idem uelim dictum
 genuinis adriaticis ſiue lygūſtīcī latīo propioribus de bergantinīs: de caraueſiis: & almi-
 ranto adelantatoq; uulgari appellatione hispana. Me quippe non latet græciſtātes archi-
 talatiū: latinissantes ſimil & græciſtātes nauarchum hos: pontarchum illos garrire di-
 ci debere magistratus eius principem. De ceteris huiusmodi idem: dum modo tuæ ſan-
 ctatī ſatiffactū iri credam hac ſimpliſcia mea de tantis inuentis narratione. His īā omiſ-
 ſis ad parīe regulos redēamus. Hos reperit vincentius anneze eſſe apud parisenes tanq;
 annuos rectores uicorum primarios tantū: quos ceteri ſiue bello ſiue pace ſit agendū: ſe-
 quitur. Vicos habent ſtructos in ambitu ſinu illius uafī. Ad nostros cum muneribus ue-
 niſſe & regulis quinq; reſerunt: quorum nomina hic inſerere ſtatui ad tantae rei memorīa
 chiaconū: chiauaccham: chiaconis nāq; ſuos optimates uno nomīne appellant: chiaconū
 num pintignatum: chiaconū camailabā: chiaconū polōnum: chiaconū pot. Snum cū
 ab almirante colono primo repertū uocant Baſam natuitatis: quia natalis christiani die
 fuerit eum ingressus: prætereundo tamen ſinu non perlustrato. Baſam hispanus uocat ſi-
 num. Icto foedere cum illis chiaconis vincentius anneze in ſtitutum iter ſuum proſequens
 ad orientem regiones inuenit aquarum crebra illuviae desertas & stagnantia magnis tra-
 tibus loca. Nec deſtitit a proposito donec terrę illius longissimē cufpidem attigit: ſi cui-
 pides appellare licet cuneos aut frontes acutas uel pmontoria marinas terras terminatā.
 Ea cufpis atlantem uidetur uelle impetere. Illam quippe africā partē ſpectat: que a por-
 туgalēſibus caput bonae ſperantie dicitur: atlantici montis ſqualentia in oceanum protē
 ta promontoria: ſed bonae ſperantie caput gradus antarctici coligit quattuor & trīginta:
 cufpis autem illa ſep̄tem tātum. Puto terrā hanc eſſe: quā apud cosmographie ſcriptores
 atlanticam dīci magnam inſulam reperio ſine ulteriore de illius aut ſitu aut rebus explo-
 ratu. & quando quidem in huīu terra marginē pīmū ab herculeofretō incīdīmus: non
 erit alienum a re ſi pauca diſſeruerō: que diſſidiū forte parerent: niſi ſocer & gener eſſent
 inter Fernandū regem catholicū & Emanuelē portugalīſe Regem. Dicō portugalīſe
 non lusitanīe: uti multos audio litterarū non ignaros: qui falluntur non mediocriter.
 Nā ſi eſt lusitanīa: quam egregiū cosmographi Ana & Duria fluminībus includunt: quo
 ta eſt portio lusitanīe portugalīa.

PVTATI CONTINENTIS LIBER OCTAVVS



IVENTE Ioanne Rege portugalīe emanuellis in p̄fentiarū regis &
 ſororio & p̄deceſſore: exorta eſt acris inter castellanos & portugallen-
 ſes contentio de iis inuentis. Sibi deberi nauigations oceanī uniuersas
 arguebat portugalēſis. quia prior & fere ab immortali memoria occa-
 ſum tentare auiſus ſit. Castellani uero quecumq; deus miniftra natura in
 terris formauerit ab initio rerum ſuſſe hominībus cōmūnia proponūt
 ita in confuso res tractaretur: pars utraq; pacta eſt: ut a ſum o pontifice decerneretur quid

cōtentio in
 ter castella-
 nos & por-
 туgalēſes.

LIBER OCTAVVS:

iuris. Futuros se obtemerantes pontificie sanctione fidei subent utrinqꝫ. Res castellæ tunc
 Regina illa magna helisabetha cū uiro regebat; quia dotalia eius regna castella sunt. Erat
 regina Ioannis regi portugallæ consobrina; propterea facilius res est composita. Ex utri
 usqꝫ partis igitur assensu lineam ex plumbara bulla Summus pontifex Alexander sextus
 illis a septentrione ad meridiem extra carum Insularum quas uocant de cābo verde para-
 llos ad occidentem lequas centum diametro tetendit. Alexandri namqꝫ sexti pontifica-
 tu res hæc in contentionem uenerat. Intra iactam lineam licet negent non nulli cadit eiꝫ
 terræ cuspis sc̄ti augustini caput appellata¹. Propterea nō licet castellanis figere pedem in
 eius terræ iuitio. Regressus ergo inde est vincentius annes habitu ab incolis qꝫ clamba p
 nincia ferax auro ad aliud latus montium alterorum: quos ante oculos habebant ad meridi-
 em iaceret: & ecaptis in sinu patro qui aperte castellaneæ est diclonis: abduxit quosdā ad
 hispaniolam almirantqꝫ iuueni reliquit: ut nostra discant idiomata: quo interprætum
 postea locuti possint ad secreta regionū illarum exploranda; ipseqꝫ ad curiam uenit im-
 petraturus a rege: ut bona ciuitatis uenia licet sibi nomen sumere gubernatoris insulae San-
 ti Ioannis: quæ ab hispaniola tractu distat lequarū quinqꝫ & uiginti tantū: quoniam in ea
 gigni aurum primus ipse vincentius annes patre fecerit ab incolis diximus in decade p̄ia
 buriccheinā appellari hanc insulam. In ea insula gubernator erat Christopherus quidam co-
 mitis camigne portugallensis filius. Hunc uicinarum insularum canibales cum christia-
 nis omnibus trucidarunt: præter episcopū et familiares eius: qui scelē templo & templi or-
 natib[us] derelictis in tutu receperunt auffigentes. Episcopos namqꝫ iam quinque supplica-
 tu regio tua sedes apostolica Beatiss. pater nouos crevit. In urbe primaria sancti dominici
 in hispaniola fratrem garciam de padilla diuī francisci regularem. In conceptione oppi-
 do doctorem petrum xuarez de deza & in insula sancti Ioannis licentiatum Alphonsum
 mansum: ambos diuī Petri institutionis obseruatores. Quartum fratrem bernardum de
 mesa nobilem genere toletanum: concionatorem: dominicum asseculam in cuba insula Qui
 tum Ioannem cabedum & eundem franciscæ obseruationis pulpitiū concionatorem
 tua sanctitas unxit ut dari ennenibus præsit. Rependent propediem caribes debitas pec-
 uas. In illos ibi ut: præcipue quia patrato illo nefario scelere post menses aliquot reuecti
 ex uicina sancte crucis insula caclocum nostris amicis & familiam eius uniuersam truci-
 darunt: comederuntqꝫ nico eius funditus euerso: nacti occasionem quod regulus ille uio-
 lato iure hospitiū caribes septem conficiendarum canoarum magistros apud eum relicos
 ut canoas quasdam construerent: quia proceriores arbores ad ea monoxyla formanda in-
 sula sancti Ioannis nutrita: qꝫ eorum insula sancta crux cognominata. Caribibus his ad-
 hu in insula manentibus e nostris pleriqꝫ traficientes ex hispaniola in eos inciderunt. Re-
 intellecta per interprætes incipiunt a caribibus uelle de tanto facinore rationem exigere.
 Illi autem arcubus & uenenatis sagittis in nostros directis trucibus & toruis multib[us] no-
 stris edicunt ne uim tentent: ni simistris ausibus uenisse uelint. Nostris uenenatas sagittas
 uerit: neqꝫ enim parati ad certamen uenerant: signa pacis dant. Cur uicum euenterit: &
 ubi nam sint regulus & eius familia interrogati caribes respondent se uicum delectuisse: re-
 gulamqꝫ & familiam eius in frusta sectos coedisse in suorum septem, opificū uindictā in co-
 positosqꝫ fasces illorum ossa seruari ad opificium uxores & filios deportanda: quo intelli-
 gant non iacere in ulta maritorū & parentum corpora falcesqꝫ ossū nostris ostenderūt
 Stupidi tanto facinore nostri rez dissimulare coacti conticuerunt: necqꝫ incusare aut coar-
 guere canibales ausi sunt. Ex his et huiuscmodi multa eueniunt quotidie: quæ ne sacras
 aures tuæ. S. hisce cruenteris narrationibus inficiam prætereo. Satis euagatum est Beatis.
 pater extra beraguensem & urabensem regiones instituti nostri primarias nutrices. Præ-
 termittimus ne quæ sit urabesium fluminū amplitudo: quæ profunditas: quidue ipsa: quid
 q[uod] ab eis terræ gignat: deqꝫ terræ magnitudine a boriente in occidentem ac latitu-
 dinem a meridiem in septentrionem: quid uic credatur de ignotis adhuc in ea: minime quidē

diuerso ma-
 ris iter ca-
 stellanoꝫ &
 portugalle-
 ses.

Interfici
 christopho
 r°camigna

quinqꝫ epi-
 nouit in ter-
 ris nonis.

CREDITI CONTINENTIS.

Beatissime pater. Vrabam igitur repetamus: & a nominibus prouinciarum recenter impositis exordiamur. prouinciasq; liceat appellare quia peculi uictae christianis parent.

CREDITI CONTINENTIS LIBER NONVS.



noua nomi
na puicit
rum.

Mira soli
ubertas.

arborum &
fructuum no
mina

ERAGVAM STATVERVNT castellam auriferam: vrabam uero an daluziam nouam appellari: & uelut ex insulis pluribus hispaniolam in quam multæ deductæ sunt coloniae in caput insularum habitandam elegerunt: ita in immensis parietatibus in duabus regionib; vrabæ & beraguæ statuta est mansio: ut ad eas tanq; ad portus uagaturi se recipiant feliciter & reru indigentes sequeant ibi reficere. Sata iā in vrabæ & hortensia omnia mirifice coalescent. Nonne hoc admiratione dignus sanctissime pater: omnium rerum sementes tales quoq; surculos: & calamos: propagines etiam aliquarū arborum ad eas terras: uti de quadrupedibus & altilibus diximus: important. O mira ubertas: a lacto semine cucumerum & huiuscmodi terum ad diem circa vigesimum fructus eorum colligunt. Caules: betas: lactucas: borragines & hortensia his similia intra decimū. Cucurbitas uero & melones decerpunt intra octauum & uigesimum a fermentis satione. De taleis & surculis arborum nostratum per fermenta & scrobes satis: & calamis in ramulis patriarchum: quæ consonent: insertis: eadem referunt celeritate fruticare qua diximus de hispaniola. Arboreos nativos fructus habent Dariennenses multiformes & variorū saporum ad usum humanū salubres: e quibus est consilii præstantiores describere. Guaiacum colunt arborem: quæ fructum parit citrorum generi quos uulgū limones appellat p. similem sapore acro dulci commixto. Nucibus etiam pineis abundant & palmarū variis carlotis sis que nobis nota sunt grandioribus: sed minime aptis ad esum ob austritatem. Palmulas steriles: quæ tam en ipsemet eduntur: & folia creant ad scoparum usum: passim ac sponte sua nasci certum est. Guarauans uero: quæ aurea mala ferente arbore procerior est: fructum gignit magnū malum citreum equantem. Est & alia arbor castaneæ ferme similis: hæc fructum grandiorez fructu suo emulatur: sapore dulci & salubri. Manœs est arboralia: quæ fructum producit auric malis magnitudine: sapore melone optimo haud suauior. Guananal fructum dat cæteris minorem: sed odoriferum aromaticæ & sup omnes sapidum. Holous est alia que prunis per similem generat fructum & forma & sapore sed aliquanto grandiore: hanc mirabolanū esse pro certo habent. Est hispaniolæ arbor hæc adeo peculiaris: ut eius fructibus porci saginentur: neq; cum maturescunt retinere illos aut regere subulæ queant: quin ex eorum ferula clapsi silvas earum arborum altrices sparsim petant: vnde multitudo ingēs siluestris effecta est. Propterea suillas autem carnes atletinis esse in hispaniola saporosiores salubrioresq; nemini nāq; dubiū est quin uaria ciborū genera uariā carnibus edendis uim gustumq; longe alium ingeneret. Alium frustum se inuisitissimus Rex ferdinandus comedisse fatetur ab iisdem terris adiectū: squammosum: pinus nuca mentum aspectu: forma: calore emulatur: sed mollicie par melope ponit: sapore omnem superat hortensem fructum non enim arbor est sed herba carduo p. similis aut acantho. Huic & rex ipse palmam tribuit. Ex iis ego pomis minime comedit: quia unum tantum e paucis allatis reperere incorruptum: cæteris ex longa naufragio p. trefactis. Qui in nativo solo recentia ederunt: illorum cum admiratiōe suavitatem extollunt: effodiunt etiam & tellure suapte natura nascentes radices: indigenæ Batatas appellatæ quas ut uidit in subres napos exstimator: aut magna terra tubera. Quocunq; modo condit autur affæ uel elixa nulli crustulo aut alio cuiuī sedulio cedunt dulcorata mollicie. cutis aliquanto tenacior q; tuberibus aut napis terreis coloris: caro cädidissima. Seruitur etiam & coluntur in hortis uti de iūcca diximus in decade prim. Comeduntur & crudæ. Viridis castaneæ gustum cruda imitatur: est tamen dulcior: Sed de arboreis & hortensibus uege

LIBER NONVS

getatiuiscq; aliis iam satis: ad sensitua ueniamus. Terræ illius horrentes saltus depascunt
 preter tigres & leones cæteraq; nobis iam nota animalia: uel saltem ab egregiis autorib;
 descripta: monstrosa plura. Sed animal unum præcipue procreat: in quo natura studuit se
 se mira artificem ostendere. Id est corpore bouem æquans promuscidè armatum est ele-
 phantina non elephas. bouino colore non bos. equinis ungulis non equis: auriculis etiā
 elephantinis sed minus patentibus & demissis: q̄ cæterorum tamen animalium patentio-
 bus: De animali ferente secum natam sobolem in uterali crumena scriptoruñ nulli meo
 iudicio noto: quod serptim arboreis depascitur fructib;: in decade sati: quā puto ad tuæ
 sanctitatis manus prīusq; id terum culmen adepseretur deuenisse. Quandoquidē me
 is latebris impressa euasit. Quid uero de fluminib; urabensib; restet referamus. Dari
 en angusto in sinum vrabensem devoluuntur alueo: monoxylorum pūncialium uix patiens
 & uicū quem habitandū elegerant præterlabitur: sed fluuiū in angulo sinu quē dixim⁹
 a uasco per nauigatum reperere latitudinis cē stadiorum quattuor & uiginti lequam di-
 cunt profunditatis etiā immensæ cubitorū puta ducetorum amplius: per diuersa ostia in
 sinu cadere. Hunc uti legimus histrū in ponticū pelagus: & nilū in ægyptium defluere i
 vrabensem sinum aiunt. Autonomasice grandē fluuiū appellant: quē magnorū esse ac
 multorum crocodillorū nutritorem inquirunt: ueluti de nilo dīdicim⁹: ego præcipue qui
 nilum aduerso secūdoq; flumine nauigauit soldanum petens & ab eo rediens. Quid pro-
 pterea queam ex tot insigniū doctrina & autoritate niforum scriptis de Nilo colligere
 non intelligo: Duos nanq; Nilos siue a lunæ montibus siue solis: aut e squalidis æthiopū
 fugis undecunq; fluere uelint: aiunt naturam dedisse telluri irrigandæ: ad septentrionem
 in ægyptum sinum cadere unū: in oceanum meridionalē alterum. Quid hoc loco dice-
 mus: De ægyptio nihil ambigimus. Meridionalē alium Portugalenses: qui per nigratas
 & melindos æquinoctialem circulum trāsmeant: in suis mirabilibus inuentis repererūt:
 & e lunæ montibus ipsimet deriuari arguunt: esseq; Nili aluentum alterum quia crocodil-
 los generet: neq; alibi præterq; in nili flūtis crocodillos gigni legerint. Senégā uocat
 fluuium portugallenes. Nigratas is interluit septentrionali ripa fortunatus: meridionali
 arenosus horridus. Crocodilos paſſim emittit. Quid ergo referemus de hoctertio: imo
 & pene dixerim quarto: Crocodilos nanq; esse puto: quos armatos conchis testudineæ
 duricieſ duce colono castellani reperere in flumine: quod dici de lagartos supra memora-
 uimus. Dicemus hos e lunæ montibus oris: haud quaq; Beatissime pater. Crocodilos er
 go posse alias præter Nilicas aquas producere iuniores nostri experimēto dīdicere. Nō
 enim hæc flumina e lunæ montibus scatent: neq; possunt cuj; ægyptio nilo aut nigrato si
 ue melindo quacunq; illi deriuuent eandem originem habere: quippe qui ex proximis
 defluent montibus: quos diximus a septentrionali oceano non magno discriminē mare
 aliud australe dirimere. In darénis præterea & aliorum fluminū palustrib; locis relicta
 ex alluie aquosis: phastanos: pauones sed non pictos: & multa uolucrū genera a nostris
 dissimilia tam ad eum apta: quam ad demulcendum uariis concentibus audientium au-
 tes nutruntur. Sed aucupiū imperitia castellani nostri negligenter uolucres infectantur.
 Psittacorum etiam sub eodem genere species in stagnantibus illis locis in numero garri-
 unt. Sunt et psittacis qui capones æquent magnitudine: sunt & qui ne passerculum quidē
 superent. De psittacorum uariata in prima decade sati. In huius nanq; uastre terræ dis-
 cursu colonus ipse ad curiam & misit et tulit ex omni specie non paucos: quos omnibus
 uulgo licuit inspectare ferunturq; cotidie. Vnum restat Beatissime pater dignissimum hi-
 storiam: quod mallem in Ciceronianas manus aut liuianas icidisse: quam meas: tanti nāq;
 miraculi est apud me: ut implicatus reperiā in eius descriptione ingenium meum: q̄
 de gallinaceo feratur pulliculo stupris inuoluto. Terræ illius latitudinem a septentriona-
 li oceano ad australe pelagus sex tantum dierum esse diximus incolarū testimonio. Ma-
 gnitudo propteræ fluminorum & numerus hinc illinc terræ angustia me trahunt in ambi-

Istituto et
profunditas

nili duplex

Senega al
ter nili cro
codilos ge
nerans.

vulneris in
ripis varie
ti varietas

psittacorum
rietas.

Multa de
fluminib; et
montibus.

CREDITI CONTINENTIS.

guum: qui fieri possit: ut intercapidine tam exigua dierum trisum a supremis eorum mōtūm cācumīnibus dīmetiendo: tōt tamq; magna flumina diuant in hoc septentrionalē non intelligo. Credere nāq; licet ad australes incolas totidem defluere: sunt hēc urabensis flumina exigua sī plērisq; alii comparentur. At iunt se reperiisse coloni tempore castellani & pernauigasse post illum: flumen: cuius hostium in mare cadens passum asseuerant esse paulo minus centum milie in primis paria littoribus: uti alias diximus: nāq; furibundo meatu in oceanum ex altis mōtib; decidere prædicat: ut retrocedere mare etiam exstans uuentorū dico simpulsum suo in petu & amplitudine cogat: neq; in magno eius spatio amarī quicq; sensisse in aquis: sed potū aptas & suaves omnes iūfū: maragnonū appellant hunc fluuiūz incolae adiacentes autem regiones mariatambal camamōrū: & paricoram. Præter ea flumina que supra nominaui: darienē puta grāde dabābē: beraguense: Sācti Mathā: Bois gatti: et de lagartos et gāram: passim reperiūt alia multa qui peragunt ea littora. Deliberanti ergo mecum unde sibi specus tantī capaces habeant hi montes littoribus adeo uicini & angusti sentētia incolarum & unde replete humores tantos cogantur euomere: succurrunt uaria. Magnitudo primū montiū: altissimos quippe esse inquietū. Aiebat & idem primus repertor colonus: immo & aliud ipse differebat. Esse deliciarū paradisum in eorum montium culminibus: qui ex sinu pario & ore draconis apparent: sibi statuto persuaserat. Vastā ergo montium moles uastos in esse specus multi capaces arguit: sed unde repleantur penitandum est. Si dulciuz aqua rum omnium ex sententia multorum ita refluente mari flumina: maris ipsius ponderosa mole compulsa per terrāmeatus: uti et meatibus ipsi scatentia uiderem ad mare cursu dīrigere: minus hic mirandum est quam alibi. Quia nullib; legim; adhuc duo maria hūi inscēmodi terram ullam tam angusto līmitē si uera ferunt incolae circunserpere. Magnū quippe est a dextro latere oceanū in quem sol uergit a sinistro alium unde nascitur forte non cedentem: quia putant in dico mixtum: habere cubitantes. Tanta ergo mole gravata (si ualeat sententia) tellus ista nimirū cogitūt tot aquarium uoratus deglutire: deglutiūt per patulos gurgites emittere. Sed si e mari sorbere humores terram negauerimus: fontesq; gigni omnes ex aeris conuersione in aquam intra montium cauernas stilantem assentiemur uti plērisq; autumnant: autoritati magis eorum qui talibus inituntur rationibus caput fletemus: q; quod intellectus noster sit cius sententia capax. Conuerti in aquam absorptum in cauernis montiū aliquibus aerē non quippe recuso. Vidi nāq; ego ipse in hispania et pluribus antris gutatim imbreces decidere perpetuos: & inde collectas aquas per collūm latera riuos demittere: quib; plantata in clīsiū uineta oilietaq; ac fruteta omnis generis rigabātur. Sed uno in loco præsertim testes habeo Illustrissimum Ludouicum Aragoniū cardinalem tua Sanctitatis obseruantissimū & antistites duos Italos episcopum vñū Bouiensē Silviūm pandonum nomine: Archiepiscopum alterū cuius neq; nomen propriū recolo: neq; titulum dīdicī. Granatæ nāq; nuper e maurorū potestate erexit aegbam: & nos omnes oblectandi animi gratia ad quosdā amenos tumultus duxit: per quos suauī murmure riuus irrigans defluebat. Interea loci dum Illustrissimus noster Ludouicus salientes per arbusta riuos inherentia uolucres sagittis infestatur ego & antistes uterq; clīsiū ascendere statuimus: ut unde riuus orifretur intelligemus: Eramus nanq; cācumīni montium illorum proximi. Succinti ergo riuū uestigia sequentes antrum reperimus elūsmodi perpetuo imbre uberrimū: ex cuius aqua per frequētes guttas cadente in receptaculum in subiacētibus saxis manu cauati riuus efficitur. Licet uulgo confūcere & aliud torans antrū in hoc celebri oppido Valladoleto: ubi nunc agimus in oppidiā egregiū uiri iurisperiti cognomine licentiati de villena ab oppidi mōtūbus minus stadio distante uiridario. Fateor igitur ex antrorum toratu per conuersiōnē aeris inter pendentium rupium caternulas absorpti posse fontes alictib; generari. Sed naturam arbitror de tanta illūnū aquarum hac industria tenui generāda minime suisse

laudita ma
gnitudinis
mūtūs.

Argumēta
de ḡatōe
& fluvu aq
rum.

De antris
rorantib;

aragoniū
cord. testis

de antrō li
cenciatis de
villena.

LIBER DECIMVS

sollicitam. Consonant ergo rationes duæ ingenio meo. frequentiū pluviarum casus alter
 ra ob perpetuum ibi uer uel autunum: quia sunt ita propinquæ æquinoctiali círculo ter
 ræ illæ: ut uulgas non aperte dñgnoscat die ac noctis dissimiliu[m] toto anno: suntq[ue] hæc duo
 tēpora gignendis pluviis aptiora: quā gravis hyems aut æstas feruida. Altera prioris esse
 pores quibus aquofæ nubes generentur: eleuari a sentiemur: terram hanc oportet crebri
 oribus pluviis madesceri: quā terrā alliam: si situti aiunt angusta: duoq[ue] teneat imensa ma
 ria: quæ illam ita proxime sepiant: collateralia. Vtq[ue] sit beatissime pater: nequeo tot ui
 nis eas terras frequentatiibus non credere: cogorq[ue] illa licet pleraq[ue] uidcantur non ueris
 milita referre. Propterea per hæc argumenta fuit consilium discurrere: ne uiri doctrina ce
 dū dicidēt: ut nulla ratione media fidem facile præstemus emergenti cuiq[ue] narrationi. De
 impetu tamen illo dulcium aquarum: qui obiectus pelago facit ostium adeo ingens: uti su
 pra diximus: aquas existimo cadentium multorum esse fluuiorum coactas: quæ lacum in
 gentem efficiant: non autem fluuium unum: ut ipsi aiunt. Sed quia sint montes ardui tan
 tam esse puto uiru declinantur aquarum: ut impulsu stagnantiu[m] ea fiat cōflictatio: & ne
 false aque ingrediantur in sinum resistant. Surge[n]t & forte alii: qui me tantopere fuisse
 admiratum mirabuntur: & subsannabunt dicentes. En quid pro miraculo hic recitat mas
 gna inesse flumina regionibus illis? Nonne italia suum creat eridanu[m]: fluuiorum regē ab
 autoribus egregiis appellatum? Nonne & regiones aliae sua ingentia: uti de tanaï ganga
 q[ue] legimus atq[ue] histri fluentis q[uod] uiuere mare ita produntur ut dulces haustus in quadra
 ginta millia passuum liceat colligere. Iis satis factum iri uelim hac ratione. Padus alpinos
 aggeres gallias & germanias Panioniasq[ue] secerentes ab italia sibi habet a tergo magna
 mole succosos: longoq[ue] tractu ticinum & innumera alia bibens flumina tendit in adriati
quæ sperem aliud posse mihi nauigium offerri: quo me credere tuto prius queam: fuit consilium nolle tempus incassum terere. Preterea cum existimem accidere posse in natura: ut magnorum aliquando regum ueluti priuatorum negotia vel intercipiantur: uel tempestibus includantur: est animus scribendis ea commiscere: quæ haec tenus exaraui. Sic igitur exordium intendo. Si memores estis catholici principes ex urbe granata quam de barborum mahomethaeorum potestate bello nuper eripuitis: Idibus augustis anni a salute nostra primi & quingentesimi supra millesimum ad hoc munus oratorium mihi demandatum a uobis dimisimus sum. Cum abiisse iam pararem dominicus pisanus qui apud nos suæ remp. venetam orator refert: ut propter ardentem monitu persuasit. Solere sapientem ad orientis oras his temporibus venetarum galeacearum classem: genus nauium a piratum incursibus & tempestatibus ac pccellarum rabie tutissimum: traicere inquietens. Huius ergo verbis impulsus: longis itineribus hispaniam utramque galliam transuersaz. quæ herculeo mari adiacet: italięq; totam a lygustico ad adriaticum finem percurrit: sed per loca inuisi. per montium anfractus. per deserta siluarum proficisciens: sub dio ad euitandum pestis horrendè per rictulum quæ laetanas ac narbonenses virbes & oppida misericordia contagione uastabat: saepe comedens & quiescens. Nec liber tamen ab ea celi intemperie penitus evasi. Tres enim ex antiquis meis familiaribus pestifera febri correptos a tergo moestus reliqui. Venetias tandem pridie calendas octobris circiter noctem intempestatam perueni. Postero die veneti senatores aduentu meo certiores effecti: nobiles qui me ad se comitentur mittunt. Per nuncios enim illis uestro catholico nomine quædam me relaturum significaueram. Adiuui. uestro nomine salutauit. imperata retuli. Quibus auditis delectatione affecti sunt summa. Sed tunc præcipue cum qualis sit erga eos futurus uester animus aperiui. si quid in ipsis quisque moliretur aut si noui aliquid de quo suspicabantur: emerget. Colloquis utrinque iam peractis regias vestras porrexi litteras: quibus ipsos ut de me vel terius ad magnū soldanum babylonicum processuro curar gerent: hortabamini: & si ma cum diligentia dirigerent rogabatis: gratissimum uobis facturos innuentes. Litteris libenter perfectis responderunt: se per celeres tabellarios ab oratore suo qui isthac sicut: dominico pisano de mea ad soldanum profectio pletuisse. inde ut animo sim a lacri siuident. Iter mihi tutissimum successorum pdicant. Moxq; de primariis & senioribus unus his me verbis allocutus est. Ab huic nostrae urbis initio quæ vti vides: aquis vndique circumuallata & intra marinos fluctus fundata nullus rei p se copia tenet: ita semper fuit usus istituti ut ciuium nostrorum pars maior maritimis commerciis intesa exteratū

LIBER PRIMVS

regionum: quacunque iter patret: prouentus ad nos deportare curarent: ceteris quibus
 vel senio confectis vires desunt: vel rerum experientia aut doctrina pollutibus pruden-
 tia inest: regendae vrbis onus incurbit. Quare longa nobis annorum currícula hoc ge-
 nus nauium quas nos galeaceas appellamus aptius: cōmodius: tutiusque esse reliquias na-
 vigis ostenderunt. Quibus quidquid nobis est fortunatum: quotquot ve nobiles no-
 stra hec vrbis procreat: nos posse tuto credere arbitramur. Opportune igitur & fausto si
 Nouem enim scito galeaceas commercii causa: quattuor berytū damasci
 Syriae portum: Alexandriam autem ægyptiam quinque destinatas. Ex his octo dudum
 uela in altum dedisse. Vnamque tantummodo esse in portu tibi significamus: que ad col-
 ligendas aliarum sarcinulas postergatas permanit: nilque aliud iam pr̄ter aduentum
 tuū & secundos uentos operitur. Reliquas octo galeaceas i polae urbis nostrae portu in il-
 lyrico assequeris: in quem lignandi & aquandi gratia sele ex veteri nostra consuetudine
 recipiūt: altum ve capturæ conueniūt. Propterea te quātocyque poteris accingit: ne si for-
 te uenti consurgant optati diutius morentur. Ingruit enim iam hyems & durū est post
 hac credere se ventis: propter varias que ex insperato in hoc præcipue vadoso nostro si
 nu: exoriuntur tempestates. Huic ego quacunque me hora nautæ uocauerint: presto fore
 respondi. His itaque peractis eius galeaceæ: que adhuc stabat in anchoris prefectus sena-
 tus ad se iubet accersiri: meque illi luummopere cōmendat: utque honorifice & commode tra-
 fter: imperat. Domum igitur laetus reuertor: & interea loci dum per familiares meos le-
 fit: ceteraque ad eā nauigationē necessaria comparantur: hunc diem: qui calendarum octo
 bris est: cum salutationibus corum qui mihi in hispania oratores noti erant: intentus tū
 perquirendo aut exarando consumpsi. Ex iis qui ad me veteres amici salutandi gratiave-
 nerunt: cum venetos Senatores ad prīncipem eligendū in prætorio cōclusos repereris:
 quo ordine is diligatur perciūtus sum. Cum primū dux eorū hoī exuit: comitia:
 ad quae nobilis omnes ab anno trigesimo cōueniūt: per præcones cōuocantur. Neque. n.
 de populo inter eos ad imperii habenas quisquam admittuntur. Nobiles aut̄ cīciter quin
 gentorum supra mille numerū attinēt. His aggregatis deargentati globuli intra pyxi-
 dem clausi num ero totidem: quot ipsi astant: affiruntur: quibus triginta tantum deaura-
 ti cōmiserunt. Ita ueluti agmine bene compposito p cuiusque ærate: Honos enim inter ip-
 sos ueterum romanorum more senibus exhibetur: ad pyxidem pcedunt: manuque ppria
 lingulos globulos latentes ex obscurō singuli extrahunt. Qui in deauratos forte icidunt
 in prætorio permanent. Ceteri dimittuntur. Triginta vero hi nouē inter se per suam et
 suffragia sortiuntur: reliquiae abeunt. nouem his ita electis: de quibuscumque nobilibus absē-
 tibus vel p̄sentibus quadraginta per sua suffragia liberū est pponere. Ab his quadraginta
 duodecim iterū de suomet numero deliguntur. Quibus duodecim: ceteris domū re-
 deuntibus: alios extra se quinque & viginti nominandi potestas præbetur. Hi quinque & vi-
 ginti de seip̄is nouē iterum per suffragia diligunt. Extra suū collegiū hi nouē iterū qui
 que & quadraginta quoscumque libet sortiuntur. Ex horū turba iterū undeci qui ceteris disce-
 dentibus alios vnu & quadraginta diligunt. Hi vnu & quadraginta iam tandem vnde-
 cim electoribus suis domum dīmissis in prætorio permanentes post tanta: ac tam varia
 scrutinia de nouē sancti Marci procuratoribus eū: quem iure iurando adhībito ad rei pub-
 gubernaculū aptiorem fore crediderint: ducem sibi retinet eum: qui in suffragiorū vnique
 & quadraginta benigna cessione: quinque & viginti ad se directa suffragia habere cōperie-
 tur. Ducis aut̄ venetorū ita electi potestas paulo maior est mea sententia: que eius qui apud
 Romanos prīnceps senatus appellabatur. Neque enim is habet sine decemūfratus: qui ip-
 si semper assidet in rebus pertractandis: consilio non modo vītē aut necis: sed neque in re-
 vīla solus aliquam potestatem. Monete tamen huius carathere signatae euduntur:
 ipsiusque nomine litteræ conscribuntur. Non deerunt hoc loco arbitrō catholī-
 ci Reges: si ad aliquorum manus hec nostræ litteræ peruerenterint: qui subsanna-

Tuta galesa
 certa nauis
 gatis

Ordō elige
 di prīncepē
 venetum.

Duciſ ve
 netorū po
 testas

LEGATIONIS BABILONICAE

re & meæ hñc eorum iudicio inutili curæ detrahere p̄sumant: qui ad tantos ac tantis re gñorum ponderibus pressos Reges minuta quedam & inculta oratione ocoſus enarr. His ratio ipsa catholici principes aperta fronte respondebit: Prudentum sibi ac sapientum nomina solos eos reges peperisse: qui multarum rerum scientiam continna & studiosa inquisitione indagarunt. Nec magnis principib⁹ semper res celebres datur per tractare: nec sola ea sunt magna a quib⁹ dulce aut utile: que duo vitam versant humana. decerpantur. A paruis etiam arbustis fructus interdum non inutiles: & ab incultis rubetis odorata rosæ colliguntur. Propterea cum sitis mihi sanctissimi duo consortes: non penitus ignoti: cum a clarissime gestis prudentia uos uidentes omnes antecellere sit compertissimum: fuit consilium hebetare aures: & quacunq; vobis satisfactum iri credero: calamus dirigere. Redeundum igitur est ad primum institutum. Ab illo qui apud me eo die uersari sunt: quod genus galeaceia nauigii sit adeo: vt ipsi predicant: tu

**Forma ga
leacei** tum: quibus autoribus conficiatur: quo ve modo regatur scilicet status sum. Genus aiunt es se tritemum: nec alio a tritemib⁹ fabricari discriminare: q̄ magnitudine. Imp̄sa vero &

**Descriptio
naualium** terario communi ab eorum met fabbris nauticis: quos habent & entrunt continua exercitatione in suis naualibus innumeros: construuntur. Venitorum naualia principes se rentissimi pulcherrimum est videre. Vrbem munitissimam ueluti a propinquis hostib⁹ mitifice custoditam se ingressum arbitrabitur: qui intra eorum naualia admittetur. Mēnibus enim turratis circunsepta: praesidiis & excubis perpetui custodiuntur: ne quis malevolus igni supposito: ut aliquid eveniat: introeat. Ibi fabrilla omnia sunt. ibi malleorum strepitus vix ferre potest quisq;: cum inter fabrorum ferrariorū officinas iter fit. Alii anchoras diducunt. aliis enses. hastarum cuspides & gladiorum omne genus formāt. aliis ballistas conflant & scorpiones. Alii clavos: secures: ligones: & cetera: quæ ex ferro fabreficeri solent: instrumenta euidentur. ibi etiam foeminarum nentium texentiumq; ac omne āplastre parantium multitudo ingens degit. Ibi molæ uerstiles quibus tormentarius conficitur ac teritur puluis: nunq; quiescunt: deportatas huc fabulosas vulcanias fulas uerstræ sicilie suburbanas cum suis vulcano & cyclopibus me perambulare quasi existimabam. In his demum naualibus oia quæ ad navigationem: terrestreque bellum attinent: conficiuntur. Galeaceis igitur cōpactis atque etiam instructis per p̄conem in compitis actiūis omnibus certam galeacearum copiā ad alexandrinam aut aliam expeditio nem esse paratam edicuntur. Diuersarū n. merciū comparandā uero gratia ad oēs has regiones veneti quoānī quendā galeacearū numerū mittere consueruerunt: Ad tanaim scilicet in scythia aliquas: alias Erytū damasci portū in syriam: alexandriam ægyptiē tempore alias: ad africana littora plerasq; quasdam in hispaniam: in angliam: Britanniam maiorem: & ad glacialis oceani incolas etiam nonnullas mistunt: Biāzantium quoq; constantinopolim in thraciā priusq; turcarū bellis uergerentur: vnde de tapetum ingentem copiam referebant. Audito igitur sui principis & senatus per p̄conem edito: nobiles hisce negotiationib⁹ exercitati in prætorium conueniunt. Ibiq; p̄proposita ad auctionem galeacearū locatione: singulas singuli conducunt. Facta dehinc pro ipsorum veteribus decretis diligenti inquisitione: an cuiusq; galeacearū cōductor idoneus sit: cum omni: vt ita dixerim suppellectili ampliū recenti: ad nauigandūq; paratissimas conductoribus suis nobilib⁹ galeaceas obſignant. Populariū nancq; galeaceam conducere nemini licer. Harūq; conductores patronos appellant: & a patrōi conductoris cognomina ne nomen sibi quæcq; galeacea in posterum retinet. Galeacearum quamlibet cuparū qui gentarum subtegmine: indetecto autem totidem pondus deportare inquiunt: cupas vero singulas ponderis mille librarum computant. Et quoniam longe secus atq; onerarie naues aut alia quis nauigia gubernantur: non erit absurdū quoniam modo illas regant recensere. galeacearum quælibet ducentorum fere hominum ministerio stipendio cōdit stotuz indigere videtur. Ad remorū ac velorū administrationē centū quiq;ginta addicū

**Quo gale
ace ad nau
gent.**

partis gale
ace. Quot ho
mines gale
ace cuius
finis ecclia
ri.

LIBER PRIMVS.

pur: tot enim remos quilibet ipsarū: quāuis ob nauigii magnitudinē remis parū vtantur: al-
 fert. Nā solo tpe malachiarū: vt p̄ximū aliquē portū ingrediatur & exeat: aut vt se ī ali
 quā p̄tē muēt & cōvoluant: remis agitur: quos h̄nt in quolibet transverso: ppter
 tres duodecī iūuenes agillimē assignātur: q̄ haud secus: vbi opus est: p̄ malos ac rudentes
 & antenarrū cornua ascendūt: descendūt: p̄ etiā rugiētēpestatē: ac si essent tabrachea
 simiæ: aut petauri leues. hi gagliardi id est vi r̄ib⁹ pollentes appellantur. Quorū hume-
 ris siue industria & laboris ī fremitū tēpestatū siue ī certamic nautico: si quid occurrat:
 totū onus incūbit: & velut decuriones alios nautas regūt. Sunt pterea duo directarii: quo
 rū cōsilio duodeci gagliardi comitib⁹ cura est vicissim quacūq; pupis uertenda sit temo
 nē regere. Est & his superior gubernator generalis: cuius altus adūcitur cōsiliarius. Oibus
 autē patronus ī p̄e galeace & cōdustor iperat. Insunt etiā oīm artiū ad rē maritimā neces-
 sariarū opifices delectissimi & publicis nauilib⁹ educiti in eis a teneris educati cū suis quis
 q̄ ministris & fabrilibus instrumentis: vtputa lignarii: ferrarii: stipatores: ballistarri: ar-
 quirii: tormentarii: & reliquā id gen⁹. Sunt & cocī cōplures: dispensatores: mēfarri: mini-
 strī: quattuorq; portæ custodes vocati: qui sub vniuersitabellionis īperio: cui merces oēs as-
 signantur: curā gerūt ertiendarū iponendarūq; merciū: ne ut quis sub tegmē p̄ portam
 nisi sit bene noi⁹: ingrediatur: qm̄ ibi oīa p̄ciosa includūtur. Sed ceteris omisssis operep
 cū ē nouū illud iūstitutū ab eorū maiorib⁹ a prima urbis origine innūctū: legeq; sanctitū:
 & religiosissime apud eos ad hac vīcq; tēpora seruatū cognoscere. Vt labentib⁹ paupera-
 te nobilib⁹ cōsuleretur: lege cautū est: vt galeace & cuiusq; patron⁹ octo nobiliū paupe-
 rū filios ad quacūq; partē p̄fiscantur: cū septuaginta nūmorū aureorū stipendio secū
 ducat: illisq; vīctui necessaria: qualia nobiles habere decet: ipartiatū. Simul vt aromatu⁹
 libras quater mille sine nauili ullius solutione & gratuito ipportare singulis p̄mitat. Ita &
 aliena īpensa hoc tempore viuit: & multi q̄ egestate oppressi torpescerēt: exerciti pe-
 detentū: nī sīt ignauī penitus & inertes: emergūt. Cuīq; tamē iporū itra galeace siue
 stationes: ad quas tutandas via cū duodeci comitib⁹ cōcurrāt: si qua vīs hostilis ingruat
 ob signātur. Sed p̄ senatus suffragia hi nobiles de multis pauperib⁹ supplicantibus de-
 liguntur. Galeacatū ex ēgypto p̄cipue vel syria redeūtū ducētorū interdū milliū duca-
 torū sūmā singulā reportare creditur. Inde nāq; p̄gēmarū: aromatū: arabicorū odorū
 oē genus: & quicqd laſciuīx huiusmodi est ī natura ad effeminañdos hoīes: simul & me-
 dicamentorū copiā īgēte per totā europā disseminādorū. Ex quaī rerū portuariis & ve-
 stigialib⁹ publicū dicitur ærariū & corū res publica p̄ cīnū cōmercia idles magis augetur.
 Ad syros autē & ēgyptios vnde ista sibi. ocisorū & lautorū opiniōe: p̄ciosa cōquisitū. Ar-
 gēti & æris maxia ip̄i pōdera ip̄ortat: q̄ ex vtracq; pānonia & germania aromatū: lapillo-
 riū: ac medicamentorū p̄mutatiōe exhaustūt. De galeaceis fātis. De qb⁹ cū cēt mihi in-
 terfluct⁹ & tēpestates futuræ p̄ vertit tpa dom⁹: examusi me vestigare oportuit. Scio mi-
 nuta q̄q; vos sēp voluisse itelligerē: ac via vobis satisfactū iri puto. de ceteris nihil mihi
 cura. Quo nā vero modo suā ī ciuitatis gubernatu se se habeātveneti iūstituta romanorū
 interdū iūnitātes: ī plārisq; fugiētes: ne plūcētā suorū ciuiū animū īsolescat: dignū effet
 mēoratu. Sed qm̄ tpiā breuitas pauca mihi de hisce reb⁹ cognoscere p̄misit: ī aliud narra-
 tionē hāc differre fatigē cēduxī. Ope p̄cīū ē & fere miraculosū: q̄nūs p̄ter labēdo a frōte
 tū īsta cōspexeri: domorū a deo nouas structuras itra aq̄s vias nauigabilēs: cymbarū tra-
 ducentū multitudinē: ornatū & cōmoditatē cernere. plateas ī mari multas & igētes mīro
 labore ip̄ensas laterib⁹ cōstratas intueri. Templa magnificētissima īnūera: dīcta: ī mos-
 dum arcūm erecta atq; oculos caligantia: circunspicere. E quidem sub sole vīsu mīro
 tabilius hōīnum industria compactum stare nihil existīmo. Nec plura his: quia mone-
 bar vt sole primum exidente p̄stō essem: lūcīt vestigare. Sexto igitur nonarum

Bīffictoriū
nobilitū grā
de remedīs

referunt

mīra de do-
mīb⁹: viis
ac plateis.

Octobris die mare ascensurus: ex his quædam ad vestras maiestates nocte Calendarum
vrgente ab urbe venetiarum retroscripti.

Legationis Babylonicae. Liber secundus.



Tale mihi catholici Rex et Regina a uobis
proficiscendi ex urbe Granata iter acciderit: superuacaneum esset velle
repetere. scripti eni aduos quæcūq; ad eā usq; horā: quatenus discede-
re parabā: occurserūt. Nuncū Alexandriā egyptiam igit̄ resoldani-
cum cogar mandatū expectare: sitq; velox quoddā venetū nauigium
in europā venetas ppediē redditū: iperū vestri memor calamū lumpsū:
Sexto nonas octo. uti iā significauit: Polā Illyrici mariis vrbē: in cuius portu galeaceæ rela-
quæ nostræ operiebātur: petitur us mare concendi. Polam vix centū millia passuum dista-
tē aī dīc sextū Idū i p̄i octobris prehendere ppter aduersantes ventos minime potui-
mus. Ibiq; vna cū ceteris oibus quī nos expectauerant: flantibus ex aduerso nunc curis;
nunc austris furentibus: interdū etiā propter malachias: continuos egimus cum ingenti
molestia septē dies ociosi. Quo tpe a duobus theatris antiquis & vetustarū rerū plurimū
epitaphiis illustratariū vestigiis nobilē fuisse vrbē polā cognoui. Quapropter cū in mē-
tē venisset: splendidissimā vestrā curiā inueniōb; ingenio pollutib; & antiquitatū sua
dolis esse omni tēpore ornata: nō absontū mihi visu fuit ex epitaphiis aliqua colligere:
quorū pleraq; vetustate collapsa: alia fragmentata iā sunt. De manib; etiā polensem
quædam extorsi: aliqua & p̄termissi. Est de polae vrbis huius portis vna: quæ ratta dī-
citur: vbi triūphalis extat arcus: qui hoc epitaphio inscriptus est.

SALuia. Postumia. SERgi. de. Sua. PEcunia.
Eodem in loco.

C. Sergius. C. F. AED. ii. Vir. Quiq.

L. Sergius. L. F. Lepidus. AED. TR. MIL.
Eodem in loco. (LEG. xxxx.

SALuia. POstumia. SErgi.

Post altare s̄c̄imathēi extra mœnia polae.
SEX. Palpelio. P. F. VelHistro. LEG. TI.
Claudii. CAES. Aug. PRocon.

Alio in loco.

Pr. Tr. PL. x. Vir. S. T. T. L. Iu. Dic. Tr. mil.

LEG. xliii. Germania. Comiti. TI. CAES.

Aug. Dato. A. Diu. Aug.

Alio in loco.

C. Prerius. Fœlix. Neapolitanus. Beneficii.

Apud ecclesiam s̄ci Germani.

I. O. M.

C. Iulius. Chrysogonus. Ex. Voto. Fecit.

In facello Octauiani Augusti.

Romæ. & Aug. CAES. Inui. F. PAT. PAT

Aenigma in quodā tumulo.

Pater. Cum Filia. Frater & Soror. Sober &

Nurus. Hic. Tantum. Duo. Iacent.

In quodam sepulchro

Sergia. FLA. Lusiana. Mihi. & Q. Fla. Lu-
siano. Dulciss. Nepotis. Ex Filio. Coniugis.
Q. Meo FRatri. AMAntiss. Fui INtegra.
Monumentum. Constitui.

Eodem in loco.

Euticus. & Enoria. Nata. H. Sedē. S. V. P.

D. M.

A. Aetius. CA. Archiater.. S. ET. Iulie. P.
Coiugij. Incoparabilis. V. S. P.

Ibidem

TOcie. Niſidius. Capito. Maritus. PAtrij
TEmporis.

Ad sanctum Ioannem.

Marco. Lurio. Hiallisso. Patrono. & Luris.
LIB. ET. M. Lurio. ZOSimo. M. Lurius.
Zofimus. LIB. F.

Apud sanctum Martinum.

Iulie. Chryſantidi. ANti. xxxi. Men. iii. D.
xxxix. F. Lusidienus. Nestor. Aug. POL.
CON. Incomparabilis. Cum Q. ua. Vixit.
ANN. xv. Sine. Ylla. Querela. B. M.

In quadam sepulchro

D. M.

Papiria. Prima. Vita. Sibi. Posuit.

Est aucto: i
alexandria

LIBER

Apud sanctum Vicum.
AVR. Soter. ET. AVR. STEphanus. Aur.
Sotirēmīl. Piētis. Religio. Iucife. metuēti
Eodem in loco.
C. B. A. sīlides. EQ. R. & AVR. Vibia Vibia
ne matrona. P. Arētes. FIL. Kariss. V. F.
In quodam monumento.

D.M.

A Vre. RVfītā. Alūnā. Pientiss. & INCōpa
rabilī qvixit. An. xxvii. M. x. d. II. Fide Co
gnita. Memor. Obsequiū. Eius. Aurelia. So
teria. PIET. PLena. P.

Iuxta amphiteatrum. D.M.

Aurelio. Tīmacho. Aspasia. LIBERTA. V.F.

In quodam sepulchro.

MANILIA. Paula. De Patrimonio. Suo. Sibī
& A Vrello. PAULINO. Cōpatrī. SVO. DO
mum AEternam. P.

In quodā horto apud sanctū stephanū
Auidia Maximina. Domū. Aeter. V.S.P. si
q. Alid. Corp. Suppo. Det Fisco. ccc. mil.

Apud amphitheatrum.

Aur. Erisip. Aur. Vīctoriā. Cōpater. Eius
DePatrimonio. Suo. Domū. Aeter. V.S.P.

In cathedrali ecclesia.

M.BARUÍUS. Soter. BAR. ASclepidoræ. Fi
liae. PIentissimæ.

In sepulchro quodam.

IVLIA. Matrona. Aurelio. AQ uilino. Cōp-

Hec dum ita conquerirē: venti iam tandem satis placidi: nostrosq; itineri non diffoni se se
nobis ostendunt. Anchoras igitur cruīmus: portu egredimur: quatuor galeaceæ berytū
in syriā pfecture discidunt a nobis. Inter quosdā nos scopulos in huius port⁹ fauicibus
ē noctem egimus. Altero dīe uela damus: sed infausto fidere. Nā vix ad milliare trigesi⁹
mū aberamus a portu: quū adeo fera tēpestas exorta est: vt magistri gubernatoresq; na
uum quid consili caperent: penitus ignorarent. Dū sic omnes musitant: ecce vīs venti
maiorem galeaceæ: qua ego vehebar: antennam nō longe a malo disrumpit. Vela a sum
mo ad simū lacerat. Antēnæ ps in mare a ventis deportatur. Galeaccam fere secū trahit.
Et quidē: nīsi celeres illi. xii. inuenes gagliardi comites appellati parti velorū laceratæ
fortiter innixi eā summa vi astrinxissent: nauim inuertisset. Intra galeaceā igitur illi la
certorū viribus & robore vela reducūt perditā. Ventorū tremitus furiosus augetur. Aliœ
naues suū iter a ventis & ipe rapte prolequuntur: nos deserūt. neq; effī: & si cuperent: la
borantibus nobis opē ferre potuissent. millia passū circiter viginti retro cedim⁹. In sta
tione quadam sub scopulo quī nos aliq̄tis per abvdarum incursu tutaretur: anchoras fa
cimus. Ibi dies egimus duos: duasq; tērrimas noctes aut rudentū aut anchorarū rup
turam vt intra scopulos quib; proximi eramus: illidetur in horas expectantes. Ve
rebamur etiā ne fluctū ictibus nauis aperiretur. Toto enī eo tempore nauis nostrae late
ra non aliter vndarum tumida rabie concussa tremebant: q̄ ab hostibus quassata oppu
gmando tormentis hostium mœnia. Votis precibusq; singulis hors deū sanctosq; om̄

SECUNDVS

Cum. Quo. VIxit. ANN. xxii. SIne. VIIa.
Q Verela. B.M.P.
Apud pratum magnum.
DONATIUS. AVG. LIB. & ANNIA. PRIMITI
UA. Hanc. SEdem. FRuctum. LABoris. Sui.
VIUI. SIBI. PO fuerunt.

Apud montē amphitheatris.

Vlbīx. Athenaī. DuL. HeRAclī. PA. SO
CR. P. B. M.

In domo Iacobis fabri.

LOC. MON. IN. FR. P. XVI. IN. AG. P.
XX. H. M. HERE. S.

Sub cāpanile ædis pontificiæ.
Imperatori. CAES. Pio. Fælici. Inuicto.
AVG. RES. P. POL. DN. MER.

Eodem in loco a tergo.
MAX. TRIB. P. VI. CON. II. p. P. M. AU
REL. MEНОphilus. ORnatns. IV Dic̄io.

Eius. Equo. PVBL. Sacerdos. Tusculanus.
EDIL. POLEN. Cum. Menophilo. Patre

LIB. AVG. NN. EXP. Rocurat. INDulgen
tiss. L. D. D. D.

Iuxta ædem diuī mathei in tabula
marmorea.

C. HELVIVS. Iulianus. IVLIA. FORtu
nata. CONIugi. CAstiss. ET. INCOM
PARABILI. SPLENDIDISS. ORDO.
Aquileiensium.

Loc⁹. Mo
num enti. ī
frōtē. Pe
des. xvi. ī s
gra. Pe
des. xx. hoc
Monumē
tū. Heredes
Scqueitur

Loc⁹. Dat⁹
Decretos.
Decuriosū

LEGATIONIS

BABILONICAE

nes fatigabam⁹. In nostra galeacea quatuor pegrinos ad diuersas orbis partes mittēdos
vouimus. Plena metu omnia. oīa horrenda, sed secūda nox formidolosissima. Sciebant
ab alto rabidi fluctus, mugiebat a profundō pelagus; vndarū cumuli spōdas interdū supē
rabant: modo apipi: a prora modovexabamur. Tertia die tādē quieuit hyems aliq̄stulū:
iterq̄ nostrū Dalmatiā versus capimus. Intra cuius puinciae scopulos quarta ab inde die
reliquas galeaceas: quæ & ip̄e maiora passæ fuerat inēmoda q̄ nos: errātes asequimur
Quāuis afflīsti inuicē tñ sublatīs clamoribus lese e pupib⁹ naute: ciues vero nutib⁹ ala
cres salutant. Aduersantibus iterū ventis Iaderā: quā appellant veneti zaram dalmati-
cā vrbe illustrē vna oēs retrogradimur. Ibiq̄ cū deſcendim⁹ et nauibus: sua quisq̄
pericula tactabat. Hic derelictas sibi ruptis rudētibus anchoras: ille spondarū munitio-
nes attrit⁹: alius remigis cū cadis remisq̄ abrepta cōquerebatur. Sed p̄ter cetera ex illis
quatuor quæ nos deseruerant: fracta maiori anchora furib⁹ndus quidā vortex in aliarū
conspictu vnā detorsit ab oculis oīm: illā semī absorbendo: cōcutiendo: cōuolendo i hō
re momento asportauit: ceteris trībus parti fere modo laborantib⁹. Hī ablatos a se mis-
tos socios tanq̄ lā voratos æquore deflerūt. Intra vadosa enī Apulie littora: quibus ip̄i
tunc erant proxim⁹: piectos pculdubio arbitrabantur. Sed minorib⁹ anchoris statim fa-
ctis cū magna rudentū copia p̄ter omnīū opīnionē violentiæ illi restitit: & evasit incolu-
mis. Expurgatis iam langore & metu fatigatis afflictiorum pectoribus: urbem perlustra-
mus. Vbi multis veterū monumentis illustratā Iadera⁹ compērimus: ex quibus sculpta
marmorib⁹ hēc epitaphia annotauit. & multa p̄terea q̄ nō licuit colligere.

In vrbe Iadertina.

In templo diui donati.

Iunonī auguste apuleia. M. FIL. Quinta suo & L. Turpilli Brochii nomine.

Iuxta portam qua itur in agrum.

IM. Cæsar. F. Aug. Parenz Colonie murum & turtis dedit. L. Iulius optatus turtisvetus
state consumptas impenſa sua restituit.

In exteriore parte templi diui chrysogoni.

Q. Delius. Q. F. Fuscus. vi. vīr. Augusta. F. sibi & suis. infr. P. xx. in ag. P. xx.

TIBI etiāz beati Simeonis prophetæ corpus: ut iadertini multis testimonis probat: honorifice sepultū atq̄ adhuc integrum salutauit. Admiratusq; sum tanto tempore
simplex sine myrra aut balsamo cadauer: quod nullo medicamento fucatum est: potu-
isse incorruptum seruari. Alterob⁹ primum eluxit dic: neq; enim diutus iaderamora-
ti sumus: iter nostrum claudicando tñ altū capere conantes psequimur. Ea nocte ex trās
uerso nauigiolū quoddaz grīpus ab adriaticis maritimis appellatus nobis ex apulia ob-
uium efficitur. A cuius nautis: qui fere latus unius ex nostris galeaceis inuititñ abras-
runt: accepim⁹ galeaceas berytas: quæ a nobis pola illyrica discesserant: in apulia tēpe
state abreptas transcurrisse: summaq; pericula nec nostris inferiora fuisse perperfas. Dal-
maticuz tandem littus simul & epifroticum per ingentia discriminā & immēlos labores
aut latera semper aut proras uentis uertentes: p̄terlabimur. Quum exalte nos prope
dyrrachium: quā mīferā urbem nuper turcarū exercitus occupauerat: tempestas cōpus-
lisset: per butroti littus Corcyram insulā alcinoī & p̄haecum patriam apprehendimus.
Neq; intra diē tertīū & trigēsīmū quod iter s̄pē intra septimū aut octauum a dicesit ab
urbe venetiārī hēc galeaceæ percurrere solebant. Corpū hanc insulā nunc dicioni ue-
netæ subiecta appellant. Quāquidem ex soli ubertate & citrorū copia amœnā fuisse ne-
luti prædicatur constat. Sed dignitatem illāz quam ei antiquitas tribuit: turcarum uici-
nia & alienū imperium sustulerunt. In deterius enim & in præcepis: cum ad exterias ma-

Sins tēpē
statīs
zara est la-
dera.

nus deueniunt: alta quæc in dies collabuntur & corrunt. Autoritas autem ornata & opū Quare sibi
terius rube
omnia.
lentia imperii sedem sestantur. In corcyrae bene munito quidem & duarum arcium pre-
sidio satis tuto emporio biduum: cum omnia iam nobis alimenta decesserint: com morati-
sumus. Inde montes ceraunios uersus cimeriacos ab incolis nostra tempestate nuncas-
patos: qui a corcyra distant passuum millia sexaginta: nauigauimus. A quibus quum
iam illis proximi essemus: occurrentis nobis a proa rabidus austus intra corcyriæ
acos in oppidi conspectu quosdam scopulos rugiens reiecit: ubi nos aduersi flatus dies
vndecim interceptos detinuerunt. Inde corcyra iam tandem per ceraunia littora a ter-
go relixa: cephalenïa Vlyxis quondam insulam: in qua same erat: paucis ante diebus per
vestrum & venectorum exercitus a turcarum potestate erectam prehendimus. Hec insu-
la frumento: vino optimo: serico: murice: gregibus atq; armentis ob ingentia pascua a-
llisq; humano vistui necessariis prouentibus abundans est: sed & ipsa nunc incursionis
bus infestata male culta & hominibus parum frequens est. A tergo same græcie conti-
nentem versus facit Dulichia sinusq; laertiacus: quem his etiam temporibus golphum
larre veneti nominant. post triduum quo stetimus in anchoris in littore samico a ven-
tis aduersantibus detentis discedimus: duosq; illo die scopulos quos dicunt strivales ver-
gilianas strophadas præter labimus: Zacyntho insula quæ nunc zantus dicitur a septen-
trione visa quæ sexaginta millia passuum ab insula Same distat. Sed quum a zacyntho
& strophadibus iam circiter millia centum nauigauissimus: maris ira coacti zacynthu^z
regredimur. Ibiq; intra portum qui dicitur natte semper fluctuantes dies egimus in an-
choris quattuor. discedimus tandem: & littus abradimus arcadicum: peloponiscum
ve & argium loca omnia ob turcarum incursions & crudelitatem: sed nunc præcipue
inculta deserta & miseranda: quum venetorum vires expugnata vrbe modonensi: habi-
toq; indeditione corono græco oppido his temporibus ditiissimo: perfregerint. Sic nau-
igando beatæ catherinæ die: quem vt non bene faustum naute formidant: sole ad oce-
cum vergente: in insulam citheræam incidimus: in qua adhuc extant celeberrimi tem-
pli vestigia: vbis superueniens ventorum nimbus cum tenebroso ac uiolento pluviarum
lapsu nos anchoras facere vix passus est. Sequens vero dies in pupim nobis ventos ostē-
dit. quare eleuatis anchoris ultimo iam peloponesi angulo quem naute itali caput an-
tiquo nomine maleum nocant a tergo: ægæoq; mari cum reliquis: præter abrasas cycla-
dibus insulis a sinistris relictis: altu^z capimus: & hora cirkiter ciuis diei meridiana fabulo-
siouis quondam insula creta a citheræa millia paucominus centum distans nobis appa-
ruit. Cuius emporium urbem candidam intramus nonis decembris: quod iter a corcyra
intra diem octauu^z hæc galeaceæ saepius peregerant. Ibiq; quāuis ab omnibus pelagi mi-
nis portus sit tutissimus: tredecim continuos dies inclusos aduersi nos uenti ne egredie-
remur detinuerunt. Inter ea loci de insula rebus hæc pauca notaui. Ex insulae uiridariis
tolarum & uiolarum manipuli natu^z ambostræ alligati cœli benignitatem testantes ad
me cotidie ferebantur. Vrbs autem candida ad orientem sub idolis montibus posita vi-
cinu^z sibi habet alium a meridie monte altissimu^z: qui nostra etiā tempestate mons iupiter
ab incolis appellatur. De mino uero labyrintho de quo poetæ tam multa fabulantur ex
amissim percunctatus: extare illu^z reperi: esseq; subterranea specu^z cauata intra montem
quinq; & uiginti passuum millibus in internis insulæ ab urbe candida distantem: sed maiori
ex pte uetus late collapsa: pluribusq; in locis dirutâ afferunt: ex industria etiā plures adi-
tu^z clausos: & lege cauitu^z aiunt ne quis introeat nisi illu^z lenex aliquis indigena q; meat⁹
illos bene cognitos habeat: accensa face introduixerit. At tñ quid aliud sit pte speluncam
quis illu^z struxerit: q; ibi ex pasiphæa natus minotauri fuerit: & manu thesei interierit: mi-
nime sciut. Natos aut apud ipsos saturnu^z: ioue: reliquosve simplicis ac fabulose antiqui
tatis tyranno^z ignorant. neq; enim est quisq; in tota insula qui litteras didecerit: aut quicq;

De priuatis
bus cefale
nie rikee,

De zacyn-
tos strophæ
dibus

De cithæ
rea.

De creta

De labyrin-
tho.

LEGATIONIS

BABILONICAE

scire alius cur ret: p̄terq̄ de vineis aut gregib⁹ & arniētis ex quibus vīni & casei copiam exhaustiū īmensam: quorū prouetuū p̄mutatione cetera sibi iucūda aut necessaria cōparat. Silvas cretenses habere cupressinas ita peculiares: vt domorū oīm trabes: cōtignationes. tabulataq̄ oīa ex illis arborib⁹: atq̄ etiā naues cōstruāt: q̄q̄ apud eos cupressi īn cīse renascātur mihi cretenses affirmarūt. Noxiū præterea veneno aut rapax aīalvt putalupū aut vrsū siue vulpē vel huiuscemodi aliud vllū: q̄uis ī lacunis colubras procreatur: ī insula pepissenūq̄ p̄dīcat. His paucis de īsula creta iuxta doctorū scripta collecti⁹: candidae portū sexto decimo Kl. Ianuarii īā tandem egredimur. Rhodoq̄ casu ac carpato reliquisve multis īsulis adiacentib⁹ a sinistra relictis alexandriā ēgyptiā versus q̄ Crete australis est: proras dīrigim⁹: quē maris tractum quadrīngentorū mīlitū passuū dīme tiuntur. Id nō pauciorib⁹ q̄ sex diebus peragrare p̄ tēpestates līcuit. e prora enī interdū: a laterib⁹ plerūq̄ nos fatigabant: sed eo præcipue die quo Alexandriā attigimus: nos tumidissima pcellarū rabies comitabatur: contra alexandrīnorū oīm opinione plenis tectis ac pīnnis nostri accessus exīsum expectantū sole ad occasum vergente decimo Kl. Ianuarii portū apprehēdim⁹. Multa ibi eo die rara nauigātib⁹ ex veterū nauitū sermo nibus acciderunt. Vndarū cumuli qui se se nobis interdū elehabat medi⁹: socios a nostris & nos a sociorū oculis surrispebant. nos dīxi? Immo & plerūq̄ non modo naues: sed & nauitū malos penitus abscōdebat. Salientiū vndarū spondas percutiētū adeo magna moles interdū erigebatur: vt semel atq̄ iterū ad aliaq̄ galeaceę parē tanq̄ densa nubes ī mare caderet: pedibus īsistere vīx quisq̄ poterat. Vīdi ego præterea ac dimensuū sū: fluctibus egreditentib⁹: sinistrā nostrā galeaceę spondas duos & semis cubitos sub aqua ī terdum delituisse. dextra em̄ ab occidente venti furebāt: sed eius nauigii ita bene forma ta est & cōpacta cōtextura: vt qua ipsamet vnda īgreditur: eadē regrediat⁹. & si tota sub aquis ipsa nauis sumergeretur: velutī anguila aut agiles delphini eadē vī vndarū impulsa qua obruitur: emergit. Nocte īgitur supueniēte: ī captato alexandrīno portu nouo se p̄tentriōnali: aliū em̄ habent antiquū tutiorē: quē nemini x̄pīano vīdere fas est occiden talem: anchoras summa cū lāetīcia demittimus. Alacri⁹ ve animo ab ēgyptiis pptervarias nō minus gratas q̄ vtileas quas ad eos merces iportant: sed aurī argenti atq̄ aris p̄cipue: galeaceę recipiūt. Ego vero habita descēdēt ī nauib⁹ ab alexandrīo prōrege venia. neq̄. n. aliter captare terrā fas est cuiq̄: a barchinonensi quodā philippo de paredes hispanorū & gallorū ī ī ea prouincia cōsuli īudicario hospitio suscipiōt. Tabellariūq̄ celerem: vbi sum īgressus alexandriā ad soldanū de aduentu meo significatū cairū quā ē babylon nunc ēgypti: idumae: & syrīe regiā sedē mitto. Mos. n. est vt edictū prius soldanicū quicūq̄ eas oras attīngat: expectet: q̄ ad eum iter capere ausit. Interēa īgitur dū edītū operī regiū: tertium esse al alexandriā a meroe iter clīmata considerans quid a nobis disfet alexandria animaduertebā. hyemātū alexandriā hītūdīnes: misluos: quos regales ī hispania appellatis: ceterasq̄ volucres pontū hyeme aduentente a nostris regionib⁹ europeis transvolantes tendere cognoui: floridas & habebāt arbores ac viridaria de cēbri & ianuario mensibus. In sextū ab īgressu meo diē īmpatiens oīcī alexandriā per ambulauī. Proh dolor: illustrē maximā: habitatorib⁹ refertissimā: pulcherrimā: opulētissimāq̄ quondā ptolēm̄orū sedē alexandriā: collapsam: dīrūtā: maiori ex pte desertā miserando spectaculo deplorauī. Heu īfoelicē q̄ & quāta moenia: quales & q̄ amplē eius urbis stratæ vīæ: q̄cōspicuæ domorū frontes ad cōlū tendentes: qui portarū fornices: sed ī cīnē versa domorū īnterna oīa p̄tereūtē confīciebamus. Vñ hēc tā lachrymosa ruīna emanarit: variae mihi sunt rōnes adductæ: alii pestifera contagioni rē ascribebant: alii bellis ac ciūtū seditionib⁹ attrībuebāt: sed regū ūcūciā post transportatā trans nīlūm imperii sedē & alienigenarū tyrrānidē trūculentā: potentissimā eius de populatiōis carīam fuisse nōnulli arbitrantur. Quotquot enī soldani crētāt: alexandrīnos īcolas: quō sit alexandria: excepta damasco: regiū omniū soldanīcorū emporiū & negociorū

Mallū aīal
nōxiū ī cre
ta

q̄ tota sit
galeacea

Multū nu
cios ad sol
danum.

Ebi hītū
dīnes hītū
ment

sentina: expilant & tanq; mercenariás cues pro libito excoirant. Neq; abest quin a plae
 risq; per cruciatus & tormenta delatorū susurris admoniti: pecunias extorquere soleant:
 nulla alia ratione media pterq; volumus pecunias. Quapropter quicq; mercatores aut
 alteriusmodi incole dñitiae eas inhabitant prouincias: dñe noctuq; suā perniciē ob
 dñitiae quas possidere creduntur expectantes: tremunt: curisq; ingentibus cōfeti vitam
 degunt infelicē. Inde est q; hac tēpestate tenuia sint cōmercia: nullaeq; gemme vī pau
 cor reperiantur: pauperes em̄ se esse mercatores omnes simulant: & parce viuūt ac vestiū
 tur: oia parcius solito ne in suspitionē incidat. de his iam satīs: ad nos redeamus. Dū igit
 tur editū regū quo me accersat: sollicitus operiter: nullā esse soldano curā non mō de
 edicto ad me mitrēdo: verū etiā esse fratū: aduentūq; meū agretulisse renunciatiū est. ve
 ritas nāq; est defectionē: sed irā causam inde nacl⁹ est: verā dissimulās: q; paucis comitā
 tibus me adire: nullaq; dona ad illū afferre: iudæi: mauri: hæreticiq; a vestris regni elimi
 nat: quorū nō partua copia ad eas regiōes cōfluxerat: malo animo retulissent. Dediq; nā
 tur enim & se barbari illi negligi & floccifieri arbitrantur: si audeat vlla potētia oratores
 ad eos sine opimis munerib; destinare. Oprobrorioq; & ludibrio fieri ducūt: nisi miss⁹
 orator longo ordine comitū accesserit. Quib; intellectis tū benevolentia captatiōe tum
 perficata fronte opus esse animaduerit: quum superbissimū & summe barbarū hoc ge
 nus hominūē perpenderim: quapropter duos illos franciscos fratres barbatos: quos
 vix comites metū habebam: qui meo suoq; nomine Soldano talia dicta referant pperā
 ter mitto. O summe mahometha orū iperator: catholicoſū regis & reginæ hispaniarū
 oratori: qui iam intra tuā dñcionis limites terrā tenet: relatu⁹ fuit: obrectatores scelestos
 q; ac nefarios hoīes tū mendosis tū dolosis animūtuum delationib; perturbasse: tec⁹ q;
 nulla ad te munera tulerit q; ve paucis comitantibus ad te venire arbitreris: iratū esse ad
 uentūq; ipsius te paruifacere psciuit. Sed si vtriusq; rei sereno vultu & paccatis aurib⁹ ra
 tionem admiseris: fore vt tibi satisfiat ad vnguem existimamus. Regius hic orator poten
 tissime rex: dona vtī alios oratores cōfuerit: p̄dicatur: se nō mō tanto principe digna
 sed nec vlla quidem vel minima nō tulisse fatetur: quoniā a fuorum regū morib; cuiq;
 regi dona mittere alienū cē perhibet: quod vos honorificū esse ducitis: id inter occidēta
 les princīpes pro finiūria habetur. Attamē si vestros mores veterēq; hanc apud vos cōsu
 etudinem tātopere vīguisse cognouissent: q; nullus scilicet orator vos adeat sine munc
 ib; libentī & ipsi anno opima ad te dona illi dediſſent: cū vos in amoris argumentū
 nō aut arrogantiæ vel auariciæ causa id cupere videamini. Quod aut̄ perfida gens hæc
 pacis & cōcordiæ regū inimica seditionis & discordiæ seminarū: a catholícis suis regib⁹
 veluti pernicioſa cōtagio electa: ipsum nō decenter comitatum ad te tantū imperatorez
 venisse retulerit: inuidioſe ac falso delatū inquir: & nos qui morte potius subire q; meu
 tri in tenui p̄sertiū negocio sumus edoſti: itidē fatemur. Vidimus enim uidimus ipm
 trīginta uirū ornatisſimi pter eos quos itineris lōgitudine valitudinarios de fatigatos
 in diversis reliquit regionib; comitatū incedere. Mittito igitur serenissime mittito: eū
 p̄acerſtri inbeto: & si aures dictis eius faciles p̄stiteris: haud quidē te postea illū admissis
 se audiūſſeq; poenitebit. His itaq; soldano per meos nūcios relatis ipsius trucimano pri
 mario auide referente: quē vestris maiestatibus deditū esse cōperi: soldanus bene persua
 sus ad me procul habita omnī mora: editū regi chirographū mittit: quo me tuto ad se
 p̄ficiſci posse: neue quis mihi sit impedimento imperat: cū duobus qui me ad se comitē
 tur de suis palatinis equitib⁹. Quare octauo Kl. februarii regū mihi per hos equites chi
 rographum porr̄gitur. Nec me nūciorū meorū litteræ pteruerunt: quibus mihi signi
 ficarant mauritanicæ: totiusq; africæ regū oratores: electorū granateniū rogatu ad solda
 nū missos fuisse cū vehementib; q̄relis: durū nanc̄ mihi in agone certamen paratū &
 multiplicib; alexandrinorū sermonib⁹ & eorū qui a soldano veniebāt pſerebatur. Sol
 danum enī ut me inspectante de christianis grādis alīqua uindicta sumeretur impellere

Soldanus
fratru

O:atio nō
ticeū quos
misit ad sol
danum.

nitebantur: meq; vestro nomine cū primū adiissim male tractaret: non leviter instabat se se supremis iniuriis & cōtumeliis fuisse, a vobis affectos proclamantes. Ego vero quos fortunatissimos semp fuisse cognoui: pro quibus etiam moti est viuere: vestro fato omnia mihi bene successura confidens contra nili torrente ad nauigatur⁹ q̄ celerrime possum accingor. q̄ succedet si vixero: in tertiu librū cōcludētur. valete iterea duo hac nostra tēpestate lumina orbis terrarū & christiani nominis propagatores.

Liber tertius.



X VRBE Alexandria ægypti reliquarū ve regionū soldanicæ dicioni subditarū emporio primario catholici rex & regina: cū iam iter in interna prouinciae ad soldanū facturus essem: q̄ mihi ab urbe venetiariū discedenti ad eū vīcī dīc calamo dīgna vīsa fuerant: breui cōpedio exaraui. Nunc aut̄ q̄ a septimo Kl. februarii die quo ad soldanū accersit⁹ pedē moū: se se mihi obtulerunt: q̄ breuiusq; ve dilucidius potero: pse qui studebo. Septimo Kl. februarii hora ante lucana castrū eius imperii caput q̄ alias babylonē ē ab icolis alterius euphrateæ babylonis quōdam habitata: pse fuitus discedo alexandria his panis negotiatoribus oibus quot quot cōmerciorū causa Alexandriā conuenisse reperi: comitat⁹. hos enī meū adducere curauit: ut eū cateruae numerū implerē: quē mei nūciū ad soldanā animū disponēdū per me missi adduxisse me soldano retulerūt. Roxetū quōdam canopū nili ostiū ab alexandria cīciter quadraginta millia passuum distans per iter a renosuz. in cultū. desertū. in quo neq; domiciliū vllū neq; arborē: pr̄ter alīcubi palmas vllā reperimus: altero die fessi venimus: dū niliacā nobis nauigia parātur: alimētaq; necessaria coemūtūt cīciter integrū dīc cōmorati nilū ingredimur: neq;. n. christiano cui q̄: propter arabū grassationes & rapinas terrestre iter patet. Hī nanc̄ non modo ægyptum sed africā vniuersam ab occano atlantico ad niliacas rīpas asīs ve partē continuis iē curlitionib⁹ infestat. De quib⁹ cū satis ocī mihi suppetat: non ineptā fore digressionē extimans pleraq; aggressus sum dissērere. Gens hēc est inumerā. vaga. sine domībus. sine statiore. sine quiete vlla subdīo semp versans. semp in motu. camelorū dorsis vxores. filios. & quicquid supellectilis asequitur portaua adusta solis ardoribus: bellicosā rīz sine certo iēperatore. Plures habent dispersi arabes inter se duces: sed discordes & faciōlos. hīc est q̄ imperio ipsi qui liberi sunt nō potiātū: cū sibi inuicē capitali semper odio in fidientur. Imperatorē cui obēperare studerent si arabes inter se eligerent: de seruorū mansibus sceptrum facile abrispereret. est enī errantiū arabum multitudō ingens: mame luchi vero. i. seruī regi⁹ quorū opera soldani ad regni gubernaculū & bellorū summam vtuntur: numerū non exceddunt. x. milliū. Sunt pr̄terea arabes oīz incolarū & corūdē mame luchorū sententia nobiles & industrīi: mame luchi aut̄ maiorī ex parte ignobiles. montani apiratis e mōtibus ut plurimū sythīcī supra euxīnum & meotidē raptati emp̄tiq; a soldanis & eorū p̄ncipib⁹: vnde seruī de quibus latius infra dicemus. Nunc autē ad iter redeamus. Contra nili fluenta prīde Kl. februarii bullacū castrū suburbū cū ad vesperasceret ad nauigantes prehēdimus. Ibiq; in nauī pernoctauimus. ineq;. n. aut̄ sunt duo illi comites mihi ac ductores datū palatīni me credere barbarorū perfidiā: attamen ex ip̄s vnu ad soldanum celeriter p̄currīt me bullacum aduenisse nunciātū. Quapropter cū primū eluxit: ecce mame luchis reliquis ve indīgenis implētū vīsēndi studio lito ra niliaca. raro enim ad ip̄s nostratū aut diuerso habitu quisq; admittitur: pr̄ter paucos aliquando mercatores. Sed prior accedit trucī manus: in nauīq; ad me descendit: & q̄s nam: cuias: quove fato huc sit appulsus: ad eūq; deinde statū peruenērit petēti mihi enarrat. Se esse valentini cuiusdā ciūs ludouici pratenīs noīe filiū: in oppidoq; ipsi vestīe

Ingrēdiē
nūlū.

Arabīa
gāsiūvīta

Quarenō
potiātū. s
perio are
bes

LIBER TERTIVS

valentie finstimo mōblanco natū p̄dicabat. tēpestate autem quū adolescentulus p̄ ea
maria patroni cuiusdā nautici famūl nauigaret: in littus cū ceteris oibus q̄ ea nauī vehe-
batur naufragio plectū ad soldani man⁹ ex eis p̄uincie statutis deuenisse. quotquot. n.
p̄ea littora naues frāgūtūr: ex veteri eorūnstituto & cōsuetudine ad fiscū cū hoībus bo-
riat. Sed triennali tādē carcere durisq̄ vinculis & vrgēti in edia se defatigatū. Christū
verbo abnegasse: mahometico ve more se dispputari passū fuisse: & mutasse nomē:
tangaribardinūq̄ vocari grauster suspirando fatebatur: nec a beſe tñ qui catholicā fidē
aio ſerueret: christumq̄ ſupplex ſis q̄bus solebat oñonibus cotidie coleret & adoraret. Ad
eū aut̄ inter eos barbaros ſplendorē ſua induſtria & la boris ascenditſe dicebat. De opti-
matibus. n. soldanicis vn⁹ eſt cū redditib⁹ ſeptē aut octo milliū auri drachmarū. Dū hēc
meū trucimān⁹ tāgaribardinus colloq̄retur: p̄imates alli duo palatini trucimāno po-
tentiores ordieq̄ ſuperiores aduētā: ſunt. n. apud eos tres optimatū grad⁹ velutū apud
nos quoſ vulgo dīcm⁹ comites: marchiones. duces. Tūc e nauī trucimāno duce ad illos
egredior equūq̄ regiū quem ip̄imet ſecū ſoldanī neōe mihi donādū regiō appatu orna-
tū duxerāt: aſcendo: vrbē verius iter vna oēs capim⁹: nec breufore q̄duatū horarū ſpa-
do interieſto trucimāni domū q̄ mihi intra vrbis māenā hospitio fuerat obſignata: attri-
gimus: attamē p̄ hortos & interſparſa p̄dīa ac viridaria nō aut̄ per cōtiguas ſemp domos
p̄ficebamur. In Kalendis igitur februario anni quīgēteſimi ſecūdi babylonīa egypti-
a: qua magi⁹ hic barbarorū ſuperiorū ſoldanus babylonīc⁹ vulgo appellatur: a iunio
ſib⁹ aut̄ caſtrū nūc p̄atā vrbī ſuſtū populofiffimā ingredior: falſo plērīq̄ vrbē hēc carras ap-
pellant: quia carrauim vrbis eſt: in arabia: in aſtrya vero altera: in egypto nulla. Ibi
ceteris omnibus qui me fuerant comitati domum dimiſſis cum truci manō q̄to ſu-
ſio poſſum ago: vt dei operam & ſūcumbat totis viribus: ne meus ad ſoldanum acceſ-
ſus diſferatur. nā ſi forte fortuna galeaceꝝ que me aduexerant negotiationiſ ſuis pe-
ractis ſine me reuerterentur: fore vt ſero poſtmodiū cōmoda mihi reauigatio ſeſe offer-
